PRIMUM

CONCILIVM PLENARIVM VMBRIÆ

CELEBRATVM ASSISII ANNO MCMXXIII

PRAESIDE

E.mo Cardinali Basilio Pompilj

EPISCOPO VELITERNO

ALMAE VRBIS VICARIO

Summi Pontificis PII XI

LEGATO A LATERE

TIFERNI

E TYPYS ORPHAN. S. CORDIS JESUS

MCMXXVI

Protoc. N. 4818-25

S. CONGREGATIO CONCILII

DECRETUM

Ad ea inquirenda ac decernenda quae pro suo cuiusque territorio opportuna viderentur, Ordinarii provinciarum Umbriae a Summo Pontifice veniam petierunt ut in CONCILIUM PLENARIUM convenirent, quod reipsa ab Emo. Card. BASILIO POMPILJ, Episcopo Veliterno ac Summi Pontificis in Urbe Vicario, ex delegatione Apostolica Assisii convocatum, eodem Eminentissimo Viro praesidente, a die 30 septembris ad diem 7 octobris anni 1923 inchoatum atque absolutum est.

Cum autem eiusdem CONCILII Acta et Decreta, ad normam can. 291, Huic Sacrae Congregationi expendenda ac recognoscenda fuissent subiecta, Emi. Patres eiusdem S. Congregationis in Comitiis Plenariis diei 17 januarii currentis anni, diligenti examine peracto, eadem Acta et Decreta, nonnullis inductis emendationibus, recognoverunt.

Quam Em:orum Patrum sententiam SS. D. N. PIUS Divina Providentia PP. XI in Audientia diei 18 eiusdem mensis dignatus est approbare et confirmare.

Datum Romae die 27 Junii 1925.

D. Card. SBARRETTI Praefectus

✠ Julius Epus. Tit. Lampsacen. Secretarius

(Lo✠co Sigilli)

S. CONGREGATIO CONCILII

Romae, die 27 Junii 1925.

Num. Protoc. 4818-25

Emin.me ac Rev.me Domine, Mi Observantissime,

Pergratum mihi est ad Eminentiam Vestram mittere Decretum huius S. Congregationis, quo recognoscuntur Acta et Decreta Concilii Plenarii Umbriae, quod, Eminentia Vestra convocante atque praesidente, ASSISII celebratum est.

Eminentiae Vestrae gratulor vehementer quod Concilium tam felicem habuerit exitum, spem fovens maximam ex providis eiusdem Concilii praescriptis plurimum utilitatis in bonum animarum et Fidei incrementum esse derivaturum.

Interea Eminentiae Vestrae manus deosculans maxima cum veneratione me profiteor

Eminentiae Vestrae

D. CARD. SBARRETTI Praef.

✠ Julius Epus. Tit. Lampsacen. Secret.

Eminentissimo ac Reverendissimo

D.no. CARD. BASILIO POMPILJ

Episcopo Veliterno Vicario Generali S. S.

INDEX

Pars III.

APPENDICES.

Primi Concilii Plenarii Umbriæ

Constitutiones

PARS PRIMA

De Personis

TITULUS I.

De disciplina Clericorum.

Concilium Plenarium Umbriae ante omnia in memoriam revocat quae a Can. 111 usque ad Can. 144 Cod. Juris Canonici statuta sunt. Haec autem speciatim explicat atque praescribit:

1. Clerici omnes et praesertim Sacerdotes vitam interiorem et exteriorem ducant statui clericali consonam, pietatemque foveant ad normam Can. 125 (1). Quod autem attinet ad spiritualia exercitia, omnes Sacerdotes tenentur iisdem incumbere tertio quoque anno ad normam Can. 126, nisi ipsi ea ulterius procrastinare debeant ob causam vere gravem, ab Ordinario recognoscendam.

2. Examen de quo in Can. 130 omnes Sacerdotes quotannis (nisi ab Ordinario loci gravi de causa eximantur) subire tenentur primo quadriennio a curriculo studiorum expleto, sub

(1) Quoties occurrit hoc verbum *Can.* cum subsequentibus numeris, de canone vel canonibus Codicis Juris Canonici intelligendum erit.

poenis ab eodem Ordinario statuendis ad normam Can. 2376. Huius examinis, quod oretenus habebitur coram Ordinario et duobus examinatoribus ab eo electis, proponitur specimen in Appendice.

3. Serventur omnino praescripta Can. 133. Insuper Concilium prohibet quominus clericus, sine Ordinarii licentia, vacet eruditioni mulierum, etiam quoad cantum, nisi agatur de docendis in publico loco cathechesi aut canticis sacris.

4. Clericus qui choreis intervenerit vel publicis spectaculis in theatris, cinematografis, aliisque huiusmodi locis, graviter moneatur, et, quatenus casus postulet, puniatur.

5. Decens habitus de quo in Can. 136, secundum legitimam Umbriae consuetudinem, est quem vocant romanum; seu vestis talaris nigri coloris, cum collario, pileo et pallio (mantello), vel poenula (soprabito) eiusdem coloris. Quem omnes clerici (quemadmodum et tonsuram) deferre tenentur sub poenis de quibus in Can. 2379.

6. Diariis et ephemeridibus quae catholicum sensum integre non sapiunt, clerici neque consociatione neque scriptis faveant, immo neque huiusmodi in pubblico emant vel legant neque private, nisi ex rationabili causa et remoto scandalo. Faveant vero diariis catholicis, eaque inter fideles diffundere totis viribus satagant. Ceterum meminerint hac de re quae statuuntur in Can. 1386.

7. A factionibus (partiti) politicis et administrativis et praesertim a publicis comitiis electoralibus clerici abstineant nisi gaudeant expressa Ordinarii licentia: quoad autem publica officia non suscipienda meminerint Can. 139.

8. Clerici omnes vehementer excitantur ut piis associationibus sibi propriis ex. gr. Unioni Apostolicae vel Missionariae, vel Adoratorum SS. Sacramenti vel similibus nomen dent; aliasque associationes pias foveant apud laicos utriusque sexus.

9. Clerici de licentia Ordinarii adeuntes universitates vel alias scholas magisterii, aut idem magisterium exercentes servare omnino tenentur normas ab Apostolica Sede traditas aliasque ab ipso Ordinario forte tradendas iuxta locorum et personarum adiuncta.

10. Couferentiae pro resolutione casuum de quibus Can. 131:

a) habeantur mensibus ab Ordinario determinandis;

b) eisdem omnes Sacerdotes civitatis, vicariae, vel partis dioecesis aliter definitae, interveniant, ad resolutionem parati: quam unus e coetu, sorte vocatus, exponat;

c) solutio, si casus postulet, ordinate a praesentibus discutiatur, ut sententia tenenda clare pateat: neque in re desit iudicium Theologiae Doctoris, quatenus conventui adsistat;

d) unus inter praesentes, antea designatus, piam adhortationem, seu sermonem habeat; vel saltem legantur aliquot canones Codicis J. C. aut huius Concilii Plenarii vel Synodi Dioecesanae, praesertim clericorum disciplinam vel animarum curam respicientes;

e) infra mensem Praeses referat Ordinario de collatione habita necnon de iis qui forte conventui non interfuerint et quanam de causa;

f) si forte conventus non habeatur, omnes, nisi aliquo impedimento detenti vel legitime ab Ordinario dispensati sint, casuum resolutiones ad Curiam Episcopalem mittant;

g) qui autem sine legitimo impedimento Conferentiae non interfuerit, prima et secunda vice a Praeside moneatur, tertia ab Ordinario ad normam Can. 2377 puniatur.

11. Prohibentur clerici quominus e dioecesi discedant ultra hebdomadam sine Ordinarii licentia, firmo quoad Parochos canone 465.

12. Clerici summa animi devotione prosequantur Roma-

num Pontificem, eiusque acta contra falsas interpretationes defendant; fideles excitent ad oboedientiam et venerationem Eidem praestandam: quotannis ad festum Romani Pontificis in ecclesiis paroecialibus celebrandum interveniant, et Ecclesiarum Rectores stipem colligant vulgo « Obolo di S. Pietro » Romano Pontifici per Curiam Episcopalem offerendam. Cum autem Summus Pontifex diem obierit supremum, in omnibus paroeciis Missa exsequialis celebretur, cui clerici diligenter curent ut fideles frequentes intersint.

13. Proprio etiam Episcopo clerici maximam praestent reverentiam et oboedientiam eamque fideles doceant; Missae ceterisque solemnitatibus quae habentur in Cathedrali Ecclesia die anniversaria electionis vel consecrationis, vel Dominica respective sequenti, clerici, qui possint, adsistant et fideles ad adsistentiam excitent: Episcopo demortuo suffragia filiali charitate praestent.

14. Si quis autem (quod Deus avertat) graviter in Rom. Pont. aut in Episcopum deliquerit, prout in Can. 2331, 37, 44 Cod. I. C. poenas meminerit per eosdem canones statutas.

15. Laudandus erit Parochus qui celebrare solemniter velit diem anniversariam suae ordinationis, a die fixa mensis computandam iuxta rubricas recentiores (1).

TITULUS II.

De Ecclesiastica Regione Umbriae.

16. Episcopi qui Concilio Plenario Umbro, necnon conferentiis Episcopalibus interesse debent, ad normam Can. 283 et 292 Cod. J. C., sunt qui sequuntur, prout in Decreto S. C. Consistorialis d. 15 febr. 1919 ac in litteris eiusdem S. C. d.

(1) Addit. et Variat. Rub. Missalis. Tit. VI n. 3.

22 Martii 1919: nempe Archiepiscopi: Spoletanus et Perusinus; Episcopi: Fulginatensis, Interamnensis-Narniensis, Tudertinus, Assisiensis, Amerinus, Eugubinus, Nucerinus-Tadinen, Nursinus, Reatinus, Urbevetanus, Tifernensis (seu v. Città di Castello), Civitatis Plebis et Mandelensis (seu v. Poggio Mirteto).

17. Pro appellatione a causis in prima instantia pertractatis, ad normam Can. 1594 Cod. J. C. et Decreti S. C. Consistorialis d. 15 febr. 1919, Archiepiscopi Spoletanus et Perusinus designaverunt Ordinarium Assisiensem: Episcopi Interamnensis et Narniensis, Amerinus, Nursinus, Reatinus, Mandelensis elegerunt Ordinarium Spoletanum et Episcopi Fulginatensis, Urbevetanus, Assisiensis, Eugubinus, Nucerinus-Tadinensis, Tudertinus, Tifernatensis, Civitatis Plebis designaverunt Ordinarium Perusinum. Quas designationes S. C. Consistorialis per litteras singulis Ordinariis traditas ratas habuit et confirmavit.

18. Conferentiae Episcoporum, quae Assisii apud Seminarium Regionale haberi solent, iuxta can. 292 et litteras S. C. Consist. d. 22 Martii 1919 quotannis opportuno tempore convocantur. Hisce ad normam Decreti Leonis Pp. XIII f. r. d. 24 Augusti 1889 dignior vel senior Archiepiscoporum, vel, ipsis absentibus, Episcoporum, de jure praesidet.

TITULUS III.

De Curia Dioecesana.

Concilium P. U. prae oculis habens, quae in Codice J. C. Parte I. Sect. 2. Tit. VIII, passim statuta sunt, haec speciatim memorat:

19. Episcopus, quum ad normam can. 334 in canonicam dioecesis possessionem venerit, jurisdictionem in ipsa exercere potest; nemo igitur in regimen dioecesis se ingerere praesumat, nisi ex eius delegatione et intra fines facultatum ab ipso

concessarum. Episcopus autem rerum omnium quae ad dioecesim pertinent, ab his ad quos spectat, rationem oxigat juxta can. 444.

20. Quoties sedes Episcopalis vacaverit, serventur adamussim canones 431 et 432.

21. Concilium Vicario Generali aliisque sacerdotibus ad munus Officialis, Cancellarii, Judicis synodalis, Examinatoris, etc. vocatis, in memoriam revocat canones 363-390. Ipsi autem munus ne exerceant nisi antea jusiurandum do munere fideliter obeundo vel etiam de secreto servando ad juris normam praestiterint. Dona quaelibet intuitu sui officii ne recipiant.

22. Archivum seu tabularium Curiae Episcopalis recto modo instituatur ac diligenter custodiatur.

Dividatur in duas vel plures sectiones iuxta diversa negotia administrativa et judicialia: ita ut in alia sectione collocentur quae referuntur ad res spirituales, utpote, actus Curiae in genere, actus matrimoniorum, ss. ordinationum, ac tus circa paroecias, circa Regulares, nec non de piis institutis et de sacra visitatione, etc.; in alia quae ad res canonicas pertinent, ut verbi gr. de administratione mensae Episcopalis aliorumque beneficiorum et ecclesiarum; in alia sectione actus processuales sive causarum super famam servorum Dei, sive causarum matrimonialium et sacrae ordinationis; et sic de ceteris. De singulis his rebus redigatur « *protocollo* » iuxta recentes instructiones S. SEDIS, nec non catalogum seu inventarium documentorum et instrumentorum eiusdem archivi (1).

Secretum autem Archivum de quo in can. 379-80 ab huiusmodi tabulario separatum existat.

23. Curia Episcopalis sub auctoritate Ordinarii, praeter Consilia a jure explicite praescripta in can. 1359 et 1520, Com-

(1) Lettera della Segreteria di Stato di Sua Santità 5 aprile 1923, N. 16605.

missionibus de christiana cathechesi, de vigilantia in rebus fidei, de musica et arte sacra, nec non de monumentis et documentis rite asservandis, ne careat.

24. Parochi aliique Sacerdotes qui porsonaliter Episcopum vel Curiam adire nequeant, numquam laicis aut aliis sacerdotibus negotium suum pertractandum oretenus committant, sed. charta convenienti utentes, scriptis consiguent.

25. Si quae contentiones Sacerdotes intor et officiales Curiae Dioecesanae oriantur, contendentes ad loci Ordinarium recurrant.

26. Quum Episcopus S. Pastoralem visitationem est peracturus, Curia per litteras ex officio mature singulos ecclesiarum Rectores de re certiores faciat. Parochi opportuno tempore ac modo ita plebem suam praedisponant ut Episcopum reverenter recipiat, Evangelii praedicationem ab eo audiat et Sacramenta ab ipso sumat. Iidem curent insuper ut pueri et puellae confirmandi sive aetate sive requisita instructione ab Episcopo idonei inveniantur: in ceteris vero parochialibus muniis ipsi ita diligentes se praebeant, ut eorum pietas et zelus proprio Pastori eluceat.

Cancellarius vel S. Visitationis Secretarius acta et decreta eiusdem Visitationis ordinate describat, respectivo parocho vel ecclesiae Rectori eorum exempla communicet, et in archivo diligenter custodiat. Quae quidem decreta ut executione non careant, erit ab ipsa Curia sedulo vigilandum.

TITULUS IV.

De Capitulis Canonicorum.

Praeter ea quae in Codice J. C. a can. 391 ad 422 constituta sunt, haec Concilium urget:

27. Capitulares praepositi, aut dignitates, solliciti sint ut

cantus ecclesiasticus, musicae servitium, nec non organi sonitus, regulis ab Ecclesia traditis omnino respondeant.

28. Capitula SS. functiones, praesertim celebrante vel adsistente Episcopo, maiori qua fieri potest pompa, iuxta liturgicas leges, caeremoniarum magistro duce, celebrent, et divinum cultum in Ecclesiis cathedralibus ita exerceant ut sacerdotibus aliarum ecclesiarum exemplo sint, ac fideles aedificent.

29. Capitulorum et Canonicorum privilegia, ad normam concessionis pontificiae, in eorum statutis, ab Episcopo approbandis, scriptis consigneutur.

30. Canonici prae aliis Episcopum obsequio prosequantur eique ad normam can. 128 in omnibus Dioecesis necessitatibus opem suam praestent; functionibus ab eo peragendis, etiam extra Cathedralem ecclesiam, adsistant ad tramitem can. 412; statuta capitularia, ad Codicis I. C. normam redacta, observent, ac chorale servitium, iuxta canonicas et liturgicas praescriptiones, peragant.

31. Canonicus theologus triginta saltem lectiones singulis annis habeat, nisi ab Ordinario aliter caveatur ad normam can. 400. Is, nec non canonicus poenitentiarius, si officium suum neglexerit, iuxta can. 2384 puniatur.

TITULUS V.

De Vicariis foraneis.

Concilium P. U. iis quae in can. 445-450 Cod. J. C. continentur, haec addit:

32. Vicarii foranei, seu Decani, constituti ad normam can. 445-446, studeant officium sibi commissum maxima diligentia explere, ne spes ac fiducia Ordinarii frustrata remaneat. Si autem aliter agant, aut contra clericalem disciplinam delinquant, removeantur.

33. Vicarius foraneus habeat archivum de vicaria, a paroeciali distinctum; cuius documenta nemini videnda iradat, nisi iusta de causa et iis tantum qui jus habeant.

34. Vicarius foraneus si forte parochus sive sacerdos sui vicariatus periculose aegrotaverit, et item si supremum diem obierit, non solum eidem officia praestet de quibus in can. 447 § 3, sed statim ipse, vel si magis expediat, parochus vicinior, Ordinarium loci de re certiorem faciat. Si autem ipse Vicarius aegrotet vel decumbat, parochus vicinior eius districtus eidem officia, ut supra, praestet, et Ordinarium de re moneat.

TITULUS VI.

De Parochis et Vicariis cooperatoribus.

Concilium P. U. in memoriam reducit quae in can. 451-478 C. J. C. statuta sunt, et quae sequuntur speciatim explicat.

35. Parochorum magni interest ut cognoscant oves suas, ideoque, data occasione, eas visitent, et statum animarum conficere studeant.

Item sedulo incumbant officio suo ad normam juris, sub poenis incurrendis, de quibus in can. 2382.

36. Parochus suum habeat archivum in apto ac tuto loco ab Ordinario adprobando; nulla extra archivum retineat documenta, neque alicui, absque iusta causa, videnda permittat. Archivum caute custodiat eiusque clavem apud se retineat.

37. Praeter libros canonicos, de quibus in can. 470, Parochus alios habeat in quibus adnotet sacrae Visitationis decreta, rationesque administrationis bonorum ecclesiae et beneficii. Si ipse omiserit acta parochialia conscribere aut diligenter servare, ab Ordinario puniatur iuxta can. 2383. Hac autem de re serventur normae in Appendice descriptae.

38. Parochus nullo modo patiatur ut coniuncti vel alii cum quibus cohabitat, cuiuscumque gradus vel conditionis sint, negotiis paroeciae sese immisceant; secretumque cum iis servet de rebus gravis momenti.

39. Parochi sorores iam nuptae, vel fratres aut ceteri consanguinei matrimonio iuncti, in domo canonica ne commorentur, nisi de licentia Ordinarii loci scriptis concessa.

40. Pias associationes aliaque caritatis ac pietatis opera praesertim pro iuventute instituenda, Parochus alacri animo foveat aut excitet, et monitis ac praeceptis tum S. Sedis tum Ordinarii loci, quae opera supradicta respiciunt, omnino pareat.

41. Si quis contra fidem vel mores, praesertim in scholis in sua paroecia existentibus, aliquid moliatur, Parochus suum Ordinarium certiorem reddat.

42. Optandum ut Parochus publicationem periodicam titulo: « *Bollettino Parrocchiale* » inter fideles suae paroeciae diffundat.

43. Si Parochus vicarium cooperatorem habeat, ambo pari concordia et charitate vivant, ac diligenti pro suo quisque munere plebem sibi commissam excolant; sed nec parochus totum exercitium curae parochialis vicario relinquat, nec vicarius parochum in casu tantum necessitatis adiuvet.

TITULUS VII.

De Rectoribus Ecclesiarum.

Concilium P. U. Ecclesiarum rectoribus memoranda censet quae ex jure communi in Cod. I. C. can. 479-486, habentur.

44. Rectores ecclesiarum nil contra jura parochialia agant: functiones sacras suae ecclesiae ita ordinent ut ea quae a parocho peraguntur non impediant: novas autem sine Epi-

scopi licentia ne constituant. Faveant insuper parocho et in eius auxilium veniant, quo facilius fideles pietatem colant ac religiose vivant. Parochi vicissim, salvis juribus parochialibus, consilium vel auxilium, si opus fuerit, rectoribus praestent.

45. Parochi aliique ecclesiarum Rectores peculiares habeant libros in quibus adnotentur:

a) missae manuales (avventizie) servata methodo de qua in can. 843; § 1.

b) implementa onerum missarum quae, sive in perpetuum sive ad tempus, gravant ipsam ecclesiam vel eidem sunt adnexa; quorum onerum tabella ab ipsis conficiatur et conservetur iuxta can. 1549. In dictis autem libris distincte et separatim pateat decretum institutionis vel reductionis et cui vel legato vel anno implementum respondeat.

46. In sacrario ecclesiarum principalium, praesertim cathedralium, aliarumque in quibus plures missae celebrantur, et alter retineatur liber in quo singulis diebus, sacerdotes, praesertim advenae, missam ibi celebrantes se subscribant.

TITULUS VIII.

De Religiosis.

Concilium P. U. meminit quae ex jure communi statuta sunt in can. 487-681 Cod. J. C. « circa disciplinam religiosorum qui exempti sunt a jurisdictione Episcopi et eorum qui jurisdictioni Episcopi subiiciuntur ». Speciali mentione digna ducit quae sequuntur:

47. Religiosi, etiam exempti, stare tenentur decretis Ordinarii loci vel consuetudini dioecesis praesertim quod attinet:

a) ad eleemosynam manualem missarum (can. 831 § 3);

b) ad licentiam sacerdotibus extraneis concedendam ut missam celebrent in suis ecclesiis (can. 804 § 3);

c) ad explicandum Evangelium in missis quae diebus festis de praecepto celebrantur (can. 1345);

d) ad recitandas praecos vel sacra solemnia peragenda aut campanas pulsandas, quando haec omnia Ordinarius ob publicam causam praescribat (can. 612). Quoad conforentias de re morali ab Ordinario indictas, religiosi servare debent can. 131 § 3: neque obliviscantur praescriptum can. 2377.

48. Canonos 621-623 servent Religiosi quaestuantes utriusque sexus.

49. Sciant Religiosi presbyteri Ordinarios locorum non concessuros esse jurisdictionem delegatam ad recipiendas fidelium confessiones, nisi ad normam can. 874-877. Itemque ipsos Ordinarios facultatem concionandi concessuros esse pro suo territorio tantum et iuxta can. 1337 et sequentes.

50. Superiores vel Ordinarii domorum religiosarum Episcopo praesentare tenentur confessarios religiosarum sibi subiectarum, ut illos adprobet (can. 525).

51. Consensum ad domum roligiosam erigendam, de quo in can. 497, Ordinarii facile non praestabunt, nisi agatur de erigenda domo formata ad normam can. 488 § 5.

52. Oneratur conscientia sacerdotum et religiosorum ne ipsi, absque legitima causa diutius commorentur ad colloquendum cum monialibus ad crates, aut in parlatorio cum sororibus.

53. Nullus religiosus ad saeculum regressus dioecesi incardinetur, nisi caute et ad normam juris (can. 641).

TITULUS IX.

De Confraternitatibus aliisque fidelium Consociationibus.

Concilium P. U. in memoriam revocat quae ex jure communi de *Fidelium Associationibus* continentur in can. 684-725 Cod. I. C. Haec speciatim explicat:

54. Tertios Ordines, Confraternitates, pias Uniones, quae fidelium pietatem magis fovere videntur, Concilium commendat; nihilominus cavendum putat ne in una eademque paroecia huiusmodi associationes nimiae erigantur. Existentes autem et christiano spiritu imbutae assidue excolantur. Meminerint tamen parochi in singulis paroeciis sodalitatem SS. Sacramenti instituendam esse.

55. Confraternitates ea quae sequuntur diligenter observent:

a) intra annum a promulgatione huius Concilii (nisi recenter id fecerint) statuta exhibeant Curiae dioecesanae, ut opportuno examini, et, si opus sit, emendationi subiiciantur. In appendice statutorum specimen pro sodalitiis SS. Sacramenti traditur.

b) quolibet anno statum administrationis bonorum temporalium eidem Curiae vel Vicario foraneo, de Ordinarii loci consensu, pariter exhibeant, nec non librum satisfactionum onerum missarum (can. 1525, 841).

c) habeant inventarium suorum bonorum, cuius exemplar in archivo Curiae Episcopalis ad normam can. 1522 servetur.

56. Si moderatorem spiritualem specialem ab Ordinario adprobatum non habeant, parochus, vel rector ecclesiae in qua huiusmodi sodalitia existunt, moderatoris partes ex officio implere tenetur; ideoque confratres sedulo erudire debet circa eorum obligationes, aliaque ex iure curare.

57. Confratres, si qui fuerint, qui statuta observare aut vitam christianam ducere neglexerint, absque mora expungantur.

58. Confraternitates quae ob exiguum confratrum numerum vel ob confratrum morem, a christiano nomine alienum, ad finem suae institutionis consequendum minus aptae evaserint, ab Ordinario vel reformentur vel supprimantur.

59. Vicarii Foranei in relatione annuali, de qua in

can. 449 Ordinarium loci de statu religioso ac morali Confraternitatum sui districtus certiorem faciant.

TITULUS X.

De disciplina laicorum in genere.

Concilium P. U. haec quae sequuntur ad normam ss. cann. et rectae conscientiae memoranda censet:

60. Assidue moneantur fideles christianam religionem non nomine tenus esse profitendam, sed vita et operibus, divinas et ecclesiasticas leges observando.

61. In diabolicum vitium blasphemiae curent parochi aliique sacerdotes ex animo impetere et pias supplicationes, die ab Ordinario loci definita, pro blasphemiarum reparatione et blasphemantium conversione indicere.

62. Ad matrimonium quod attinet moneantur fideles de sanctitate huius sacramenti, de coniugum obligationibus, de fide servanda, de vitiis contra eius sanctitatem vitandis, et prudentiori quo potest modo, de turpi ac detestabili recentioris aevi consuetudine contra prolis generationem; confessarii autem hoc ultimum crimen extirpare satagant, denegata etiam, ubi casus postulet, sacramentali absolutione. Prae oculis item habeantur can. 2356-2357.

63. Si puella ad domum sponsi confugerit, vel aliam domum cum eo petierit ante matrimonii celebrationem, parochus matrimonio ne adsistat, nisi ipsa ad paternam domum redierit vel, si parentes nolint eam recipere, ab ipso sponso separata maneat, usque dum publicationes aliaque omnia de jure praemittantur; quod si id obtineri nequeat, res ad Ordinarium referatur.

64. Advigilent parochi super populi moribus; ut omnes puritatem vitae secundum suum statum integre servent; ut

spectacula publica, nisi sint honesta, abhorreant; ne choreas facile admittant; ne parentes indulgeant amatoriis liberorum relationibus, neque solum amasium cum amasia manere permittant: curent ut libri ab Ecclesia reiecti vel bonis moribus insidiantes et ephemerides acatholicae non legantur: ut juvenes et puellae in legendis fabulosis narrationibus (romanzi) probatorum virorum consilio utantur; ut diaria et ephemerides catholicae diffundantur. Tandem tum parochi tum confessarii a pessimo abortus facinore fideles deterreant, eisque notamfaciant excommunicationem de qua in can. 2350 § 1, Ordinario reservatam, latam contra procurantes abortum, matre non excepta.

65. Item curent parochi ut in civitatibus aliisque locis frequentioribus catholicae bibliothecae bonis libris instructae instituantur. Contra edentes aut legentes sive retinentes libros ab Ecclesia prohibitos poenas in can. 2318 contentas Concilium in memoriam revocat.

66. Parochi et confessarii fideles insuper moneant de magno crimine suicidii item et duelli nec non de gravibus poenis contra haec facinora a can. 2350 § 2 et 2351 sancitis.

67. Avertantur pariter fideles a praxi spiritismi et ab aliis quae superstitionem sapiunt, in memoriam revocando poenas quae superstitiosis manent ex can. 2325. Insuper prae oculis habeatur sancti Officii decretum in calce relatum, etiam quod attinet ad magnetismum et hypnotismum.

68. Parochi demum fideles moneant excommunicationi iuxta can. 2335 obnoxios esse eos qui massonicae sectae nomen dederint.

TITULUS XI.

De christiana juventutis institutione.

Concilium P. U. quae ex jure communi *de scholis* in canone 1372 Cod. J. C. habentur praecipue memoranda censet.

69. Puerorum institutio in familia a parentibus est primum curanda; quapropter parochi, confessarii, concionatores eos de huiusmodi gravissima obligatione ad normam citati canonis frequenter moneant.

70. Iidem parochi, confessarii et concionatores fideles hortentur ad libertatem scholae, ut aiunt, vindicandam et tuendam, cum in parentum potestate sit liberos more christiano educare. Curent insuper parentes ut in scholis primariis, seu elementaribus, alumnis cathechismus recte tradatur. Optandum demum quod saltem in praecipuis cuiusvis dioecesis paroeciis pia aliqua domus Sororum aperiatur, tum pro parvulis in tenella aetate excolendis (Asili), tum pro puellis christiane insti tuendis. Hac tamen de re nihil agatur, nisi audito et omnino consentiente loci Ordinario.

71. Parentes caveant ne pueros ac puellas collegiis sive ephebeis laicis, vel ut aiunt neutris, educandos tradant. Cumque Mediolani, probante Apostolica Sede, nuper erecta sit catholica Studiorum Universitas, vehementer hortamur sacerdotes et fideles ut tanti operis notitiam evulgare satagant dictamque Universitatem totis viribus adiuvent.

72. In omnibus paroeciis constituantur, vel si iam extant promoveantur juveniles consociationes, quas SS. D. N. Pius Pp. XI. inter parochialia opera adnumerandas esse declaravit.

73. Curent item Parochi ut pueri et puellae in pias Uniones cooptentur sub patrocinio sancti Aloysi Gonzagae vel Deiparae Immaculatae et sanctae Agnetis et, ubi fieri possit, etiam pueruli in coetum quem vocant « *Paggi del SS. Sacramento* ». In appendice Statutorum indicationes habentur.

TITULUS XII.

De actione catholica sociali.

74. Concilium P. U. attentis quae in can. 684-699 Cod. J. C. aliisque pontificiis documentis continentur, adultos fide-

les hortatur ut consociationibus Actionis Catholicae a Sede Apostolica imperatis, et commendatis, pro utroque sexu, sese adscribant.

75. Sacerdotes ac fideles œconomica quoque instituta, sive ad catholicas associationes fulciendas, sive ad levamen populo procurandum, iuxta normas ab Apostolica Sede probatas, foveant, cum debita tamen cautela. In hisce autem nullum officium, cui onus reddendarum rationum inhaereat, Sacerdotes suscipiant sine Apostolicae Sedis licentia, ad normam instructionis Secr. Status 6 Junii 1923.

76. Curam habeant Parochi aliique sacerdotes opificum et agricolarum, ne (socialismi vel aliae factionis a fide alienae doctrinis ac pollicitationibus illecti) fidem amittant; meminerint monita ac doctrinam a Leone XIII in Littera Encyclica « *Rerum novarum* » tradita; dominos ad iustam mercedem solvendam inducant; opifices a seditione vel ab iniusta operis cessatione deterreant; foveant consociationes quae iuxta catholica principia, eorum iura defendant; sed in primis in animis tum dominorum tum opificum, christianam excitent charitatem, quae sola dissidia inter divites ac operarios dirimere ac componere valet secundum iustitiam et aequitatem.

PARS SECUNDA

De Rebus

TITULUS I.

De Sacramentis in genere.

Concilium P. U. meminit quae ex jure communi de *Sacramentis in genere* in can. 731-736 Cod. J. C. continentur.

77. In administratione Sacramentorum servari omnino debent ritus ab Ecclesia praescripti: ideoque parochis omnibus praecipimus ut *Rituale romanum*, iuxta recentiorem formam ab Apostolica Sede probatam, apud se habeant, quo semper accurate utantur.

78. Parochi et confessarii prompto libentique animo fidelibus Sacramenta legitime poscentibus praesto sint.

79. In conficiendis et administrandis Sacramentis, interiori sanctitati qua pollere debet Sacerdos externa quoque gravitas accedat: ac praecipue interruptiones vitentur et inutiles locutiones. Splendeat insuper nitor et mundities in sacris vasis et supellectilibus. Demum sacerdotes utantur semper super talarem vestem superpelliceo et stolà. Canonicis est omnino interdictus usus cappae vel mozzetae in conficiendis sacramentis et sacramentalibus: ideoque tenentur super roccbetum cottam et stolam induere iuxta decretum S. Rituum C. 12 Julii 1892.

80. Omnis lucri vel avaritiae suspicio in administrandis

sacramentis arceatur. Oblationes tamen, occasione baptismi vel matrimonii, fieri solitas servatas volumus, iuxta legitimas consuetudines.

81. Ut fideles qua decet dispositione animi ac reverentia ad sacramenta accedant, parochi saepius ipsos moneant et instruant, prae oculis habentes ea quae super his tradit Cathechismus Romanus. Indignos tum parochi tum alii sacerdotes a sacramentis arceant, remoto scandalo et absque illorum infamia: mulieres vero quae ad Sacramenta accedunt nudato capite, vel inverecunda nuditate, vel luxurioso corporis ornatu, tamquam indignae habeantur.

82. Meminerint parochi se ex iustitia teneri ad sacramenta administranda suis fidelibus praesertim iis qui in mortis periculo sunt constituti: alii vero sacerdotes, si necessitas urgeat et maximo si parochus impediatur quominus suo munere fungi queat, ex charitate teneri meminerint.

TITULUS II.

De Sacramento Baptismatis.

Concilium P. U. in memoriam revocat quae ex jure communi statuta sunt in can. 737-779, de Baptismate.

83. Parochi sedulo advigilent ut infantes quamprimum baptizentur, et parentes frequenter commoneant de hac gravi eorum obligatione, reprobata omnino consuetudine differendi baptismi usque dum mater infantis e puerperio exeat, patrinum nimis diu expectandi donec commode interesse possit; praeterea parentes moneant ut quam citissime sibi recentes natos denuncient. Quas commonitiones et ipsi concionatores facere tenentur iuxta can. 770.

84. Quoniam compertum est nondum in omnibus paroe-

cialibus Ecclesiis fontem baptismalem erectum fuisse, ad normam can. 774, volumus ut omnes paroeciae legi huic se conforment intra annum a die promulgationis constitutionum Concilii.

85. Fons baptismalis, quatenus fieri possit, sit aeneus, vel ex marmore aut ex alio duro lapide, ac sera et clavi munitus etc. ad normam Ritualis Romani. In eius summitate simulacrum sancti Joannis Baptistae vel parva crux emineat et fons cooperiatur conopoeo albi coloris.

86. Ut aqua maneat semper pura et munda eam post ritualem benedictionem parochi ab oleorum sedimentis liberent: at si omnino corrumpatur, eam, iuxta formam Ritualis Romani, renovent.

87. Parochi moneant fideles ut pueri baptizandi ad ecclesiam paroecialem transferantur, nisi in casibus in can. 775 praevisis; doceant insuper parentes facultatem domi baptizandi infantes Ordinarios non concessuros, nisi in casu extraordinario ad normam can. 776.

88. Parochi suadeant parentibus ne inania, fabulosa, aut ridicula vel non personalia nomina, neque cognomina, pueris imponant, sed nomina Sanctorum vel saltem a christiano sensu non aliena. Et si id obtinere nequeant, addant ipsi nomen alicuius sancti: quo in casu utrumque nomen in libro baptizatorum adnotandum erit. In eodem libro, si de filiis illegitimis agatur, nomina parentum ita inserenda sunt ad tramitem can. 777. § 2, ut omnis infamiae vitetur occasio.

89. Parocbi doceant parites fideles, etiam pueros, quae sint materia, forma et qni ritus administrandi baptismum, nec non de necessitate intentionis in conferente faciendi id quod facit Ecclesia: ita ut, in casu extremae necessitatis, quisque huiusmodi Sacramentum conferre valeat iuxta can. 759 § 1 et 742. Advigilent potissimum, ut haec omnia probe sciant obste-

trices, nupturientes, medici, et chirurgi, iuxta can. 743; nec omittant quos spectat instruere de modo baptizandi in casibus de quibus can. 746-748.

90. Curent demum parochi ut servetur pia consuetudo benedicendi mulieres post partum: quae si obsoleverit instauretur. Tamen noverint ad benedictionem huiusmodi admittendas non esse nisi mulieres, quae ex legitimo matrimonio pepererunt.

TITULUS III.

De Confirmatione.

Concilium P. U. in mentem reducit quae ex jure communi *de Confirmatione* statuta sunt in can. 780-800.

91. Ad Confirmationis sacramentum nullus (extra mortis periculum vel sine gravi causa) admittatur, qui septimum aetatis annum non incoeperit, et, praeter praecipua fidei misteria, non noverit Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum et Decalogum, vel non habuerit sufficientem huius sacramenti notionem.

92. Quamquam hoc sacramentum non est de necessitate medii ad salutem, doceant tamen parochi nemini licere oblata occasione illud negligere; immo maxime conveniens esse ut infantes qui in discrimine vitae reperiuntur, si possibile est, confirmentur.

93. Appropinquante tempore solemnis collationis huius sacramenti, vel occasione S. Visitationis, parochi pueros confirmandos rite disponant et diligenter instruant, saltem per quindecim dies; curent autem ut sacramentalem confessionem praemittant; nec eos ad confirmationem promoveant, nisi certo constet ipsos baptizatos fuisse.

94. In schedula autem confirmandorum parochus tenetur

indicare nomen, cognomen pueri eiusque parentum, nec non paroeciam et locum, diem et annum quibus natus et baptizatus fuerit, cum declaratione scientiae probatae et confessionis peractae. Tenetur insuper addere nomen, cognomen et paroeciam patrini et schedulam subsignare sigilloque munire. De veritate eorum quae in iis schedulis adnotantur oneratur parochi conscientia. Harum schedularum exemplar habetur in Appendice.

95. Advigilent parochi ut patrini confirmandorum non admittantur nisi ad normam can. 794-796 et 766.

96. Parochus in peculiari libro, a libro baptizatorum distincto, scribat nomina eorum omnium qui sacramentum hoc intra fines suae paroeciae susceperunt: eaque vel ipse in libro baptizatorum, si sui parochiani sunt, inscribat, vel mittat ad parochos baptismi et domicilii, si vel in alia paroecia fuerunt baptizati vel ad suam paroeciam non pertineant.

TITULUS IV.

De SS. Sacramento Eucharistiae.

Concilium P. U. in memoriam revocat quae ex jure communi in Codice statuta sunt circa *Sanctae Missae sacrificium, SS. Eucharistiae sacramentum et cultum eiusd. SS. Eucharistiae,* praecipue in can, 804, 810, 821, 843, 854, 858-59, 862-63, 1265, 1269, 1272.

97. Concilium presbyteros omnes Missam celebraturos monet ut in sacrario a colloquiis abstineant, praesertim dum sacris induuntur vel exuuntur vestibus: item ad huius Sacrificii oblationem se piis precibus disponant, in Missae celebratione maximam pietatem et gravitatem ostendant, eaque expleta, debitas Deo gratias agant.

98. Nemo audeat ad Missae sacrificium accedere, nisi cum tonsura visibili et veste talari indutus, iuxta can. 811. In celebratione autem Missae stricte servetur ritus, quo quaedam clara voce, quaedam autem submissa, aliaque secrete recitanda sunt: celebrans insuper nihil proprio marte praescriptis precibus adiungat. Ut autem Missa iuxta ritum semper celebrari possit, non desit apud singulas ecclesias saltem unum missalis exemplar, quod cum recentiori typica editione concordet.

99. Quoad sacerdotes extraneos ad celebrationem Missae admittendos, observetur can. 804 C. I. C.

100. Meminerint Presbyteri quod in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum tres quidem Missas, ex privilegio a Benedicto Pp. XV universae Ecclesiae concesso, celebrare, licet; attamen pro una tantum earum eleemosyna accipi potest: cum altera pro omnibus defunctis et tertia ad mentem Summi Pontificis applicari debeat.

101. Quoad binationes, monemus sacerdotes ne faciles sint ad hanc facultatem ab Ordinario petendam, eaque obtenta ne utantur, nisi ad normam Can. 806, § 2, seu quum die festo de praecepto *notabilis pars* fidelium praecepto audiendi sacrum aliter satisfacere nequeat.

102. Praecipimus ut saltem diebus festis certum Missarum horarium omnino servetur, praesertim vero quoad Missam parochialem; hoc horarium ad valvas uniuscuiusque ecclesiae, etiam regularium, exponendum erit, praesertim in civitatibus. Expedit autem ut etiam pro Missis ferialibus patens horarium habeatur et servetur, saltem in paroeciis urbanis.

103. Provideant parochi et rectores ecclesiarum ut panis pro conficienda Eucharistia sit triticeus recensque confectus, et vinum pro sacrificio Missae sit vere ex vite; ideoque id a publicis tabernis generatim ne emant.

104. In praesentiarum taxam quinque libellarum pro

Missis manualibus in tota regione statuimus. Maiorem nemo, nisi sponte offeratur, nec minorem, saltem habitualiter, seclusо scandalo, acceptet.

105. Nemo plures Missas celebrandas suscipiat quas infra annum absolvere non possit; beneficiarii vero et administratores causarum piarum deferant Ordinario, in fine cuiusvis anni, Missas tum legatorum piorum tum adventitias quae superèrint (can. 835 et 841).

106. Quilibet Sacerdos peculiarem librum apud se retineat, Ordinario loci ad libitum requirenti exhibendum, in quo Missae ab ipso acceptae (earumque stipendium) et singulis diebus celebratae et applicatae, adnotentur.

107. Concilium Plenarium statuit quod tempus utile pro praecepto paschali satisfaciendo decurrat a dominica IV Quadragesimae usque ad festum SS. Trinitatis, pro tota Regione.

108. Enixe agant parochi aliique sacerdotes ut fideles omnes saltem praecepto paschali suo tempore satisfaciant; sed curent etiam ut sacram Communionem frequenter et utinam quotidie, servatis servandis, recipiant. Item parochi et confessarii saepius instent ut pueruli ad sacram Communionem admittantur quum ad usum discretionis pervenerint. Hac de re semper prae oculis habeatur decretum: *Quam singulari* S. C. de Sacramentis diei 8 Augusti 1910. Probamus tandem et commendamus usum distribuendi fidelibus schedulas pro satisfatione praecepti paschalis.

109. At de pueris ad primam Communionem statim ac ad usum discretionis pervenerint admittendis maxime sollicitos parochos volumus, iisque in memoriam revocamus decretum *Sacrosancta Trident. Synodus* S. C. Concilii diei 20 Dec. 1905. solemniori, quo fieri potest, apparatu haec Communio peragatur, praemissis accurata puerorum ipsorum instructione et exercitiis spiritualibus eorum captui accomodatis. Curent paro-

chi ut pueri post primam Communionem cathechisticam instructionem ne deserant, sed ipsam sedulo frequentent ut propriam christianam institutionem uberius ac perfectius assequantur

110. Parochos serio monemus ne pueros, etsi nondum ad Communionem admissos, indiscriminatim absque Viatico interire sinant; illudque ipsis praebendum esse noverint, dummodo sciant saltem Corpus Christi a communi cibo discernere (can. 854 § 2).

111. Pariter monemus parochos ut solliciti sint Viaticum aegrotis deferre, nec renuant SS. Eucharistiam illis iterato praebere, servatis servandis in can. 858 § 2. Viaticum autem, casu necessitatis excepto, publice et solemniter deferant iuxta Ritualis Romani praescripta; ubi autem haec praxis desueverit, curent ut denuo instauretur. Attamen si contigerit illud privatim deferre, sacerdos stolam cum superpelliceo sub vestibus gerat et a clerico comitetur iuxta decretum S. C. de Sacramentis diei 23 Decembris 1912.

112. Ut cultus divinae Eucharistiae promoveatur, inter varia pietatis officia plurimum commendamus:

a) in ecclesiis principalibus quotidianam benedictionem privatam cum SS. Eucharistia:

b) visitationem quotidianam SS. Sacramenti;

c) menstruam saltem communionem in honorem SS. Cordis Jesu;

d) menstruam per integram horam adorationem die dominica coram SS. Eucharistia, cum opportuna allocutione ad fideles, si haberi possit;

e) triduanas praeces quas vocant eucharisticas; aliaque pia huiusmodi opera.

113. Volumus tandem ut parochi et concionatores saepius moneant fideles de cultu exhibendo SS. Eucharistiae, praesertim in altari expositae, vel tempore Missae; eosdemque

doceant dispositiones quae requiruntur, ut Corpori Christi communicantes, non judicium sibi manducent, sed gratiam ac benedictionem consequantur. Insuper hortentur populum ut, quantum fieri potest, missae sacrificio etiam ferialibus diebus assistat, et assuescant curare ut altare in quo SS.mum Sacramentum asservatur sit prae ceteris ornatum, ut ingredientium oculos prae cœteris ad se convertat et fidelium pietas devotioque erga SS.mum Sacramentum facilius excitetur.

TITULUS V.

De Sacramento Poenitentiae.

Concilium P. U. in memoriam reducit quae ex jure communi de *Poenitentia* statuta sunt, praesertim in can. 877, 888 892, 904, 910, 2366. Sed haec explicat:

114. Confessarii, et praesertim qui ex justitia tenentur, semper praesto sint omnibus rationabiliter petentibus hoc sacramentum et:

a) neminem a se arceant sed maxima charitate poenitentes excipiant, imo iisdem occurrant praesertim diebus festis aliisque in quibus solent fideles numerosiores sacramenta petere;

b) caveant a qualibet personarum acceptione sed summa benignitate, sicut decet patrem animarum, cum omnibus poenitentibus agant, ne, nimia severitate aut duritie deterriti, ab hoc sacramento arceantur.

115. Charitati iunctam prudentiam atque urbanitatem volumus, et proinde:

a) caveant omnino, non solum ne complicis nomen inquirant, sed et abstineant prorsus ab inutilibus colloquiis et a curiosis inquisitionibus, praesertim circa VI Decalogi praeceptum iuxta can. 888 § 2. Cauti autem omnino sint cum junioribus;

b) mulierum confessiones breves sint et nec ante auroram nec post solis occasum excipiantur, nisi ex rationabili causa: quo in casu nec deserta sit ecclesia nec sedes confessionalis sit in loco recondito et obscuro;

c) caveant confessarii ab omni familiaritate cum poenitentibus; abstineant ab omni loquendi modo qui sapit intimitatem: mulieres praesertim post confessionem ne admittant ad colloquendum, nec eas, sine gravi causa, domi excipiant aut visitent:

d) nec restituendi nec quompiam denuntiandi onus facile sibi assumant; et si primum necesse sit, coram teste restitutionem faciant, aut syngraphen exposcant; nec facile sese immisceant in testamentis conficiendis, nisi justitia et charitas id postulent;

e) plena concedatur libertas poenitentibus praesertim mulieribus, adeundi alium confessarium; immo confessarii iisdem suadeant ut quandoque ad alium accedant;

f) munera a poenitentibus, praecipue vero a foeminis oblata, generatim recusent.

116. Confessariis praecipimus ut loqui omnino abstineant sive publice sive privatim, de iis quae in confessione audita vel dicta sunt, secluso etiam quovis revelationis periculo.

117. Sacerdotes saeculares, in audiendis confessionibus, super talarem vestem non tantum stolam sed, quantum fieri potest, superpelliceum assumant.

118. Meminerint confessarii se teneri gravi obligatione monendi poenitentes de onere quo adstringuntur denuntiandi intra mensem, vel Ordinario vel C. S. Officii (sub poena excommunicationis latae sententiae ad normam can. 2368) sacerdotem reum sollicitationis in confessione. Meminerint insuper quod, iuxta can. 894 unicum peccatum ratione sui S. Sedi reservatum, esse falsam in hac re delationem sacerdotis innocentis:

119. Monemus confessariis ut preces opportunas fundere coram Deo non omittant, antequam confessiones audiendas suscipiant: neque studium Theologiae moralis et Codicis Juris Canonici, praesertim de *Poenitentia ac de Censuris*, intermittant.

TITULUS VI.

De Indulgentiis.

Concilium P. U. meminit quae ex jure communi de *Indulgentiis* praesertim in can. 918, 922, 923, 931, 934 statuta sunt.

120. Parochi fideles instruant circa indulgentiarum naturam, potestatem et mentem Ecclesiae in illis concedendis, nec non circa opera quae praescripta sunt ut eas lucrari possint.

121. Meminerint parochi benedictionem Apostolicam, cum plenaria indulgentia in articulo mortis, tum ab ipsis tum ab aliis sacerdotibus dari posse qui infirmis assistunt; ac insuper altaria omnia in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, nec non altaria ecclesiae per eos dies quibus in ea peragitur supplicatio quadraginta horarum, esse privilegiata (can. 468, 917),

122. Mandamus omnibus ecclesiarum rectoribus, et in primis parochis, ut nuntient fidelibus praecipuas indulgentias quas certis diebus et temporibus acquirere possint et quaenam ad hoc requirantur opera.

123, Curent etiam parochi aliique ecclesiarum rectores ut index habeatur indulgentiarum quae suis ecclesiis fuerunt concessae, cum adnexis authenticis documentis earum concessionis. Advigilent pariter ut indulgentiae tempestive renoventur si sint ad tempus concessae.

TITULUS VII.

De Sacramento Extremae Unctionis.

Concilium P. C. memoratis quae ex jure communi in Codice statuuntur ad cann. 937, 947, haec addit.

124. Curent parochi ut omnes infirmi, et quidem antequam omni mente destituti sint, hoc Sacramentum recipiant; et moneant fideles ne illud negligant sed, occurrente gravi infirmitate, studiose postulent ac cum fiducia recipiant, quum praeter gratiam sanctificantem, interdum corporis sanitatem, ubi saluti animae expedierit, conferat.

125. Meminerint parochi:

a) ipsos esse ordinarios ministros huius sacramenti nullumque sacerdotem, extra casum necessitatis, posse illud administrare sine parochi licentia;

b) hoc sacramentum sub conditione conferri posse et debere tum in dubio an aegrotus contumaciter in peccato laetali perseveret, tum in dubio num infirmus usum rationis attigerit vel perdiderit, vel in periculo mortis re ipsa versetur; tum etiam in dubio an mortuus sit, iuxta can. 941-42;

c) unctiones verbis, ordine et modo in *Rituali Romano* praescriptis peragi debere;

d) in casu necessitatis sufficere unam tantum unctionem in uno sensu, sed rectius in fronte, cum praescripta breviori forma, et salva obligatione singulas supplendi unctiones cessante periculo (can. 947):

e) unctionem renum semper esse omittendam et unctionem pedum omitti posse ex qualibet rationabili causa iuxta can. 947 § 2, 3.

126. Oleum infirmorum iis tantum parochis domi retinere liceat (caute quidem et clauso ac decenti loco) quorum

domus ab ecclesia separata manet, vel ad eam nocturnis horis accessum facilem non habeant.

TITULUS VIII.

De Sacramento Ordinis.

Concilium P. U. in memoriam revocat quae jure communi *de Ordine* in can. 948-1011 Cod. I. C. continentur.

127. Quilibet promovendus ad ordines, sive saecularis sive regularis, debet periculum facere non solum circa scientiam theologicam et ipsum ordinem suscipiendum, sed etiam circa sacras caeremonias ipso ordini congruentes, servatis quoad aetatem et studiorum curriculum can. 975-76.

128. Titulus patrimonii pro clericis saecularibus, requisitus a canone 979, non sit minor annuo reditu libellarum mille.

129. Nomina clericorum saecularium, qui ad sacros ordines promovendi sunt, bis a proprio parocho publicari debent, inter Missarum solemnia, diebus festis de praecepto: quae quidem publicationes etiam fiant in ecclesia Seminarii ubi degunt ordinandi.

130. Notitia ordinationis alicuius clerici in subdiaconum transmittenda erit per *Curiam Episcopalem*, vel si agatur de religiosis per Superiorem qui dimissorias litteras dedit, ad parochum baptismi, qui id adnotare tenetur in baptizatorum libro ad normam can. 470 § 2.

131. Qui ad ordines promoti sunt ab Episcopo extraneo cum litteris dimissoriis sui Ordinarii, authenticum receptae ordinationis testimonium, de quo agit can. 1010 § 2, propriae Curiae Episcopali infra mensem exhibere debent, ut adnotatio fiat in speciali libro in archivo Curiae asservato.

TITULUS IX.

De Sacramento Matrimonii.

Concilium P. U. in memoriam revocat quae ex jure communi *de Matrimonio* contiuentur in can. 1012-1143 et praesertim in can. 1017, 1020-21-23-27, 1033-34, 1043-46, 1065-67, 1089, 1091, 1096-98, 1103.

132. Parochi et concionatores saepe edoceant fideles doctrinam de matrimonii sacramento, de eiusdem dignitate, indissolubilitate, de impedimentis, et de malis innumeris quae sive Ecclesiae sive Reipublicae ex divortio obveniunt.

133. Curent parocbi ut matrimonia fiant consentientibus et benedicentibus parentibus, non solum quando agitur de filiis aetate minoribus (can. 1034), sed etiam si agatur de maioribus.

134. Maxima cura inquiri volumus de libertate status contrahentium, cum praesertim bodie fere omnes saepe mutare domicilium soleant, et saepius in variis dioecesibus, per aliquod tempus, pluribus de causis commorari. Quapropter stricte parochis iniungimus ut baec in posterum serventur:

a) investigationem circa status libertatem promovendi officium est parochi sponsae, cui ad liceitatem matrimonio adsistendi jus competit; ipsius parochi est etiam notitias exquirere de quibus in can. 1020 § 2, praesertim quoad rudimenta fidei:

b) si sponsi ambo pertineant ad unam paroeciam, nec alibi sint commorati, parochus solus omnia perficiet;

c) sin autem sponsus pertineat ad aliam paroeciam eiusdem dioecesis, vel sponsi ambo aut alteruter per sex menses post pubertatem, in aliis paroeciis eiusdem dioecesis sint commorati, parochus sponsae (dummodo aliter certo ei non constet de ipsorum statu libero), documenta libertatis a parocho commorationis per se postulabit;

d) parochus qui matrimonio adsistit authenticum exemplar baptismi contrahentium apud se habeat et notitiam celebrationis matrimonii parocho vel parochis baptismi transmittat ad normam can. 1103 § 2;

e) parochus sponsae non ante diem tertium a postrema matrimonii publicatione, ad matrimonii celebrationem contrahentes admittat. Servetur tamen in reliquis consuetudo in singulis Umbriae dioecesibus vigens.

135. Publicationes matrimoniorum, prout Ordinarii iudicaverint, perficiantur vel per trinam proclamationem nominum sponsorum inter Missarum solemnia, vel per publicam dictorum nominum affixionem ad valvas ecclesiae parochialis utriusque sponsi, servato can. 1025.

136. Si sponsus in aliena dioecesi commoret, parochus sponsae testimonium illius libertatis exquirat a parocho sponsi. Qui, peracta investigatione de ipsius sponsi libertate (tum per futuri matrimonii publicationes, tum per juratas duorum testium depositiones) huiusmodi investigationis acta ad propriam Curiam Episcopalem mittet et ab ipsa authenticum libertatis testimonium recipiet, in dioecesi sponsae producendum. Idem servandum si sponsi ambo vel alteruter extra dioecesim sint commorati, nisi aliter ab Ordinario sponsae provideatur ad normam can. 1023. Coeterum semper hoc retinendum: nunquam parochus sponsae ad matrimonium procedat nisi requisita libertatis et suscepti baptismi documenta possideat, propriae Curiae utique transmittenda: si autem casus urgeat adeat Ordinarium.

137. Quoties vagorum vel eorum, qui militiae fuerunt addicti, vel etiam aliorum testimonium libertatis status haberi nequit, jureiurando, uti vocant, suppletorio de ipsorum statu libero moralis certitudo obtinenda erit, monitis contrahentibus de jurisiurandi sanctitate, de poenis contra falsum asserentes, nec non de matrimonii invaliditate, si aliquod dirimens impe-

dimentum reticeretur. Pro hisce casibus facultas admittendi ad jusiurandum suppletorium omnibus parochis, vel Vicariis foraneis, prout Ordinarius judicaverit, demandatur; actus vero ad Curiam Episcopalem mittantur.

138. Si parochus sponsae matrimonio quavis de causa non adsistat, omnia item perficiat quae supra statuta sunt, tamquam ipse adsistere deberet: postea licentiam scriptis mittat parocho coram quo matrimonium est contrahendum, mentione facta de loco et tempore baptismi contrahentium, quorum parocho, vel parochis, ille tenetur de inito matrimonio testimonium mittere.

139. Matrimonium per procuratorem de quo in canone 1089 parochi ne admittant, nisi documentum procurationis a propria Curia Episcopali recognitum fuerit.

140. Firmo praescripto in can. 1108-09, quoad tempus et locum celebrationis matrimonii, mandamus parochis ne matrimonio, excepto casu absolutae necessitatis, vespere adsistant; sed ipsi parochi curent ut matrimonia omnia de mane celebrentur, et quantum fieri potest ante missam, ut benedictionem nuptialem sponsi accipiant. Curent insuper ut sponsi ad sacramenta poenitentiae et communionis accedant, ut matrimonii sacramentum rite suscipiant.

141. Licet civilis actus ne speciem quidem matrimonii coram Ecclesia prae se ferat, volumus tamen ne ille negligatur ad effectus civiles habendos; proindeque parochus, praetermisso actu civili, matrimonio ne adsistat.

142. Si quae impedimenta existant inter contrahentes, a quibus potest et solet dispensatio concedi, haec per Curiam Episcopalem erit impetranda; et parochus supplicem libellum ad eam mittet, in quo impedimenta declarare et causas legitimas pro dispensatione obtinenda adducere curabit.

143. In mentem revocamus (et parochi et confessarii at-

tente legant) canones 1043-45, relative ad dispensationem super impedimentis, urgente mortis periculo, vel si omnia iam parata sint ad matrimonium. Tali dispensationi erit locus quando Ordinarius *adiri nequit saltem per litteras.*

144. Meminerint parochi novam disciplinam Juris Canonici, per quam parochus nequit valide adsistere matrimoniis (etiam parochianorum) extra limites suae paroeciae, absque expressa delegatione Ordinarii vel parochi illius loci in quo matrimonium celebratur.

145. In exquirendo contrahentium consensu servent parochi formam a *Rituali Romano praescriptam*, et occasione matrimonii habeant brevem ad ipsos contrahentes allocutionem in qua coniugii christiani obligationes recolant.

146. Meminerint parochi licentiam adsistendi matrimonio intra fines suae paroeciae concedendam esse, iuxta can. 1096, sacerdoti determinato; nec validam esse generalem delegationem, nisi agatur de vicariis cooperatoribus pro paroecia cui sunt addicti.

147. Vicarius substitutus de quo in can. 465 § 4 licite et valide potest adsistere matrimoniis post (non ante) Ordinarii approbationem; Vicarius et sacerdos supplens de quo in Can. 465 § 5 potest etiam ante, quousque Ordinarius, cui significata fuit designatio Sacerdotis supplentis, aliter non statuerit.

148. Celebrato matrimonio, parochus illud statim in libro matrimoniorum describat juxta formam Rit. Rom., facta mentione de dispensationibus quae forte obtentae fuerint, ac de aliis documentis, et adnotet in libro baptizatorum servatis omnibus in cann. 470 § 2 et 1103.

TITULUS X.

De Sacramentalibus.

Concilium P. U. memorans quae ex iure communi *de Sacramentalibus* habentur in cann. 1144-1153, et praesertim in cann. 1147-48, 1151 Cod. J. C.:

149. Commendat fidelibus usum sacramentalium et praecipue aquae benedictae, eosque hortatur ut adsistant, si possint, solemnibus candelarum, cinerum et palmarum benedictionibus.

150. Vexilla societatum numquam benedicantur nisi obtenta Episcopi licentia.

151. Sacerdotes sedulo advigilent ne benedictiones et res benedictae ad finem superstitiosum convertantur.

152. Iuxta canonem 1304, sacrae suppellectiles possunt a parochis benedici pro ecclesiis et oratoriis in territorio suae paroeciae positis; a rectoribus autem ecclesiarum pro suis tantum ecclesiis. Quoad calicem et patenam canon 1305 studiose servetur.

TITULUS XI.

De locis sacris.

Concilium P. U. in memoriam revocat quae ex jure communi *De locis sacris* habentur in can. 1154-1202, Cod. J. C.

153. Quicumque ecclesiam vel oratorium publicum aedificare, instaurare aut exornare voluerit, a loci Ordinario licentiam postulet, eidem exemplar operis instruendi exhibeat et quibus sumptis opus perfici possit, sincere communicet. Si quis autem absque Ordinarii licentia aliquid fecerit, quod aedium sacrarum decori repugnet, ad illud reparandum suo sumptu compellatur.

154. In ecclesiis nullum statuatur altare sine Ordinarii loci adprobatione. Parva altaria, quae parietibus vel pilis ecclesiarum quandoque applicata conspeximus, ad cultum alicuius sacrae imaginis promovendum, omnino interdicimus. In quolibet altari autem talis emineat Crux ut a sacerdote et fidelibus facile conspici possit; petra quae vocatur sacra saltem latus habeat 30 cent.; superior mappa, utique munda semper servanda, hinc inde defluat usque ad terram, iuxta rubricas.

155. Inscriptiones cuiuscumque generis, titulos, emblemata, monumenta, aut nobilium insignia nemo in ecclesia audeat collocare quin licentiam ab Ordinario loci antea scriptis obtinuerit.

156. Nemini liceat destruere et ad profanos usus reducere ecclesias vel oratoria, quamvis iuri patronatui obnoxia, absque Ordinarii loci expressa licentia, scripto concessa.

157. Nullam insolitam imaginem vel sculpturam in ecclesiam, etiam regularium (can. 1279 § 1) quis, sive clericus sive laicus, introducere poterit, nisi probante Ordinario loci; neque imagines praetiosae aliaeque de quibus can. 1280 restaurari poteruut, absque Ordinarii licentia. Si quae autem habeantur minus convonientes, ab ecclesia removeantur.

158. In Ecclesiis in quibus habetur Baptisterium, illud prope fores collocetur, ad sinistram ingredientium, nisi aliter loci Ordinarius statuerit. Sedes autem pro mulierum confessionibus audiendis non in sacellis sed in ecclesia, et quidem in loco patenti, ponantur. — Prope vero ianuas ecclesiae non desint fontes aquae benedictae, quae, saltem qualibet hebdomada, detergi et nova aqua repleri debeant.

159. Vetitum est parochis aliisque ecclesiarum rectoribus scamna vel sedes privatis personis aut familiis in ecclesia concedere, nisi accesserit Ordinarii licentia; quae concedi poterit his conditionibus;

a) ut sint de loco ad locum amovibilia;

b) nunquam ab indultariis locentur aliis cum lucro;

c) ut indultariis absentibus, vel demortuis, cedant usui omnibus fidelibus vel ecclesiae.

160. Quidquid profanum est in ecclesia fieri vetamus, etiamsi ad pium finem agatur, uti ex gr. scenicae repraesentationes, comitia civilia etc. Conventus autem de re religiosa ne fiant absque venia Ordinarii.

161. Claves ecclesiae servet apud se parochus seu ecclesiae rector; quas nemini tradat nisi cui competit in servitium ecclesiae. Idem dicatur de clavi turris campanariae; quum campanae in usum Ecclesiae inservire debeant.

162. Titulus altaris fixi (de quo in can. 1197, § 1) absque venia *Apostolicae Sedis* non mutetur, nec titulus altaris mobilis absque licentia *Ordinarii.*

163. Est Ordinarii loci concedere facultatem habitualem celebrandi in oratoriis, quae in coemeteriis ad privatam sepulturam sunt erecta. In coeteris oratoriis privatis habituale celebrandi indultum nonnisi ab *Apostolica Sede* concedi potest.

164. In saceliis seu cappellis coemeterialibus subtus altare nulla recondi possunt cadavera; quae a mensa altaris distare debent undequaque saltem spatio unius metri (can. 1202 § 2); secus Missa in eo celebrari non poterit.

165. Monemus rectores omnes Ecclesiarum ut in sacrario (sacrestia) sileant ipsi et silentium servare faciant; ibique nihil profani agendum permittant.

166. Sacrae supellectiles, (utique materia et forma legibus liturgicis respondentes, et rite benedictae aut consecratae), caute custodiantur in sacrario ecclesiae vel alio decenti ac tuto loco (can. 1296), sed non in domibus privatis, nisi de licentia *Ordinarii*, et data legali cautione depositi.

167. Conficiatur insuper ad normam can. 1522 § 2 et 3, in-

ventarium sacrae supellectilis cuiusvis ecclesiae; et unum exemplar custodiatur in archivo eiusdem ecclesiae, alterum in archivo Curiae Episcopalis. Quod quidem inventarium sive a novis parochis vel rectoribus, sive occasione S. Visitationis Past., erit renovandum, vel saltem (cum supellectili collatum) confirmandum in scriptis.

168. Meminerint parochi aliique clerici beneficiati supellectilem omnem, quae pro ecclesia ab ipsis empta fuerit, vel ecclesiae quomodocumque acquisita (iis tantum exceptis quae certo comparata fuerint ex propriis bonis personalibus neque in proprietatem ecclesiae transierint), post eorum mortem ad Ecclesiam pertinere (can. 1299, 1300). Igitur tempestive et forma iure civili valida provideant ut, casu mortis, quae ad ecclesiam pertinent ad laiçorum manus non perveniant et eiusdem ecclesiae rationes nullum praejudicium patiantur (can. 1301)

TITULUS XII.

De sepultura ecclesiastica.

Concilium P. U. in mentem reducit quae ex jure communi *de sepultura ecclesiastica* habentur in can. 1203-1242 Cod. J. C. et praesertim in can. 1215, 1216, 1217, 1225, 1226, 1230, 1231, 1232.

169. Quoties contigerit aliquem in communione S. M. Ecclesiae suum ultimum obire diem, id, pro loci more, campanae parochialis ecclesiae sonitu nuntietur. Haec autem erunt observanda:

a) cadavera fidelium honeste et religiose componantur; sed curent parochi ut in exequiis flores et serta, si escludi nequeant, saltem moderate adhibeantur, suadentes propinquis et amicis ut potius animam defuncti piis eleemosynis vel operibus, et Missae sacrificio expient:

b) imaginem defuncti feretro apponere probibitum est et inscriptiones funerarias laudatorias tum ad valvas ecclesiae tum ad tumulum et sepulturam apponi vetamus absque licentia Ordinarii loci, vel Vicarii Foranei, si Ordinarius adiri nequeat; cui dictas inscriptiones, si casus postulet, corrigendi jus esto.

c) funebres orationes sacerdotes ne pronuncient in ecclesia, nisi agatur de defuncto virtute eximio, quo casu exemplar sermonis prius exhibeant Ordinario.

170. Defuncti nomen in libro mortuorum parochus describat iuxta *Ritualis Romani formam.*

171. Salvis iis quae praescribuntur in can. 1236-37 funerum emolumenta exigere nemo audeat, nisi iuxta taxas dioecesanas et salva obligatione omnia gratis praestandi pauperibus, iuxta can. 1235 § 2.

172. Sciant parochi cadavera fidelium tum ad ecclesiam (can. 1215) tum etiam ab ecclesia ad coemeterium semper ab ipsis vel aliis sacerdotibus esse associanda ad normam can. 1231 § 2.

173. Parochi sedulo attendant can. 1239-1242 quibus definitur quando deneganda sit sepultura ecclesiastica. In dubiis Ordinarium adeant vel, si id tempus non sinat, Vicarium Foraneum. Hac de re servetur etiam can. 1212 et praesens habeatur can. 2339.

174. Adnitantur parochi ne fideles funeribus tantum civilibus intersint, nec non moneant cremationem esse reprobatam ab Ecclesia, utpote contrariam veteris et novae legis usibus. Hac de re prae oculis habeantur cann. 1203-1204.

175. Minime liceat SS. Eucharistiae Sacramentum publice exponi occasione exequiarum privatae alicuius personae, sive exequiae peragantur in die obitus vel depositionis, sive in anniversariis vel diebus quibuslibet. Extra exequias, et ac-

cedente Ordinarii licentia, expositio fieri potest ut fideles preces fundant in defunctorum suffragium.

176. Pias coemeterii visitationes, praesertim in Commemoratione omnium fidelium defunctorum, parochi promoveant; verum incumbant totis viribus ut solatium defunctis afferatur precibus atque aliis operibus expiatoriis. Insuper ubi desueverit, pia excitetur praxis eleemosynas colligendi pro animabus in Purgatorio detentis. Praefatae autem eleemosynae in regesto describantur et de earum erogatione ratio Ordinario loci reddatur.

TITULUS XIII.

De temporibus sacris.

Concilium P. U. meminit canones 1243-1254 Cod. I. C. qui *de temporibus sacris* agunt.

177. Curent Vicarii Foranei ut in singulis paroeciis Missarum celebratio, diebus festis ita distribuatur ut populi commoditati respondeat. Parochi vero curent ne festa externa Sanctorum in solemnioribus Ecclesiae festis celebrentur.

178. Ut dierum festorum profanatio omniuo vitetur, hortamur parochos et concionatores ut saepe fideles moneant de gravi obligatione et de modo dies festos sanctificandi.

179. Ut fideles apprime noscant quibus diebus urgeant leges de observantia festorum et de abstinentia ac jeiunio, curabunt parochi atque ecclesiarum rectores excerpta canonum 1247, 1251-52, 1254, publice in ecclesia exponere; et festa vel jeiunium in hebdomada occurrentia, dominica praecedenti, inter Missarum solemnia, nunciare.

TITULUS XIV.

De cultu divino.

Concilium P. U. in memoriam reducit quae ex jure communi *De cultu divino* in can. 1255-1306 statuta sunt.

180. Curent rectores ecclesiarum ut fideles in sacris locis pia devotione se gerant et a vanis fabulationibus abstineant. At sacerdotes sint ipsi exemplo fidelibus in silentio servando; compescant insuper mulieres, si quae ad ecclesiam accedere praesumant non operto capite vel habito haud modesto indutae. Ad valvas ecclesiae exponatur tabula per quam fideles opportune moneantur.

181. Quoad cantum ecclesiasticum et musicam sacram, serventur praescriptiones, quae habentur in *Motu proprio Pii X diei 22 Nov. 1903* et explicatae sunt in decreto Episcopatus Umbriae d. 29 Maii 1912, in *Appendice* relato. Interim haec praecipua memoranda:

a) vetitum est foeminis canere in choro vel in tribunis *(cantorie)*; excipiuntur tamen religiosae earumque alumnae, quae canere possunt in tribunis suarum ecclesiarum, verum ita ut a populo conspici non possint;

b) sit parochorum cura ut populus iuxta morem antiquum active participet sacris functionibus, praesertim in Missa solemni, et ideo canat in communi tum partes Missae quae cani solent ac debent, tum praecipuos hymnos liturgicos, uti *Pange lingua, Te Deum, Veni Creator, etc.*;

c) ad hoc facilius consequendum moderatores piarum associationum et collegiorum provideant, quantum in ipsis est, ut sive pueri sive puellae cantus usuales ecclesiasticos addiscant eorumque sensum intelligant; in ecclesiis autem principalibus *Scholae Cantorum* instituantur.

d) in Seminariis aliisque ecclesiasticis institutis duae saltem horae, quavis hebdomada, studio musicae sacrae et praecipue cantus Gregoriani tribuantur;

e) musicus concentus, vulgo *Banda musicale*, in ecclesiis est omnino prohibitus, quacumque contraria consuetudine damnata; extra ecclesiam in processionibus permitti potest, dummodo vitet prophanas simphonias et potius sacros canticos comitetur;

f) in Missa solemni non licet omittere partes quae variabiles dicuntur ex gr. *Introitus, Graduale etc.*;

g) Organi sonus nihil profani admittat. In Missis autem privatis taceat ab introitu usque ad *Credo* inclusive, dum dicitur praefatio, et post *Pater Noster* usque ad *Agnus Dei inclusive*, nec non a *Postcommunio usque* ad finem Missae, ut populus audiat et sequatur quae *clara voce sacerdos pronuntiare* tenetur; taceat autem organus in Missis defunctorumet feriatis·

182. Campanae ad fideles vocandos moderate pulsentur, maxime matutino et nocturno tempore et occasione funerum

183. Caveant mulieres ab adducendis in ecclesiam parvulis lactentibus, vel facile plorantibus, dum sacrae peraguntur functiones.

184. Circa custodiam SS. Eucharistiae, jus praescribit ut altare, in quo ipsa adservatur, sit prae omnibus aliis ornatum; lampas perpetuo ardeat de oleo olivarum instructa; tabernaculum conopoeo coloris congruentis sit ornatum, nihilque super illud collocetur; crux autem emineat inter candelabra, numqnam ante tabernaculi ostiolum; potest tamen ipsa super tabernaculum collocari sed non in throno, ubi solemniter exponitur SS. Sacramentum (1). Sacrae particulae frequenter renoventur, saltem altera quaque hedbomada: parti-

(1) S. R. C. 11 Jun. 1740 N. 4136 ad 2. Constit. Bened. XIV *Accepimus* 16 Jul. 1746. S. R. C. 11 Jun. 1904, N. 3576 ad 4.

culae consecrandae sint recenter confectae: neque ita parvae quarum diametrum saltem 30 mm. non attingat.

185. Sacerdotes adnitantur pueros patienter erudire circa modum rite inserviendi in Missa, verbaque clare et distincte pronunciandi.

186. Instruantur fideles ut quoties ingrediuntur ecclesiam, ubi SS. Eucharistia custoditur, primum SS. Sacramentum adorent quam imagines Sanctorum adeant.

187. Quoad imagines et statuas sanctorum, vitanda est earum exaggerata conglomeratio in ecclesiis, et quae sunt deformes aut minus convenientes removeantur. Super quolibet altari una tantum imago principalis locum habeat, nec alia ponatur nisi rationabili ex causa et de licentia Ordinarii; ab iisdem autem altaribus palmae chartaceae aliaque ornamenta, vel materia vel vetustate parum decora, removeantur.

188. In unaquaque dioecesi (ut supra diximus N. 23) habeatur virorum peritorum caetus, qui opportune ab Ordinario loci consulantur quoties contigerit licentiam concedere in iis de quibus supra ad NN. 153, 155. 157.

189. Reliquiae Sanctorum (servatis can. 1283, 1285, 1287, 1289) in loco tuto ac decenti et clauso custodiantur. Caveatur ne reliquia Sanctae Crucis una cum reliquis Sanctorum in eadem thoca seu capsula existat. Insuper habeatur reliquiarum cathalogus, cuius authenticum exemplar sit penes Episcopalem Curiam.

190. Processiones, quae semper duce clero fieri debent, tirpatis si qui sint ma_is usibus, ordinate procedant, eaxeqi reverentia ac modestia ab omnibus perficiantur, sicut decet huiusmodi actus religionis. Novae non inducantur processiones nec veteres aboleantur sine Ordinarii licentia, et serventur nsuper canones 1291, 1292-94 § 2.

191. Quoad pietatis exercitia (praeter ea de quibus supra in numero 112) sequentia pro viribus commendamus;

a) supplicationem novemdialem in honorem Spiritus Sancti ante solemnitatem Pentecostes, quae ex Decreto Leonis Pp. XIII in qualibet ecclesia cathedrali, collegiata et parochiali perfici debet:

b) piam exercitationem *Viae Crucis* saltem in singulis sextis feriis Quadragesimae:

c) solemnem expositionem SS. Sacramenti in forma quadraginta horarum, qua occasione singulis tribus diebus brevis allocutio ad populum habeatur, si fieri possit: quae quidem expositio iuxta can. 1275 fieri debet in omnibus ecclesiis paroecialibus:

d) cultum erga SS. Cor Jesu, praesertim prima ex feriis sextis cuiusque mensis et toto mense Junio, et consecrationem familiarum eidem *SS. Cordi*:

e) pias exercitationes in honorem B. V. Mariae mensibus Majo et ex praecepto etiam Octobri, saltem in paroecialibus ecclesiis, ad normam decretorum Leonis XIII, Pii X, et Benedicti XV. Parochi insuper hortentur fideles ut Rosario mariali Deiparam Virginem quotidie colant:

f) quotannis (praeter festa de quibus supra N. 12, 13, et infra 203, b) festum agatur in favorem Missionum, cum opportuno sermone et oblationum collecta.

192. Demum clericis omnibus mandamus ut sacros ritus et caeremonias apprime addiscant, et divina officia recte atque uno modo et ordine persolvant. Ideoque praesertim cognoscant *Rituale Romanum* et *Rubricas Missalis* reformatas, nec non partes *Pontificalis Romani* quae se referunt ad rite Episcopo adsistendum in functionibus.

TITULUS XV.

De verbi Dei praedicatione.

Concilium P. U. in memoriam revocat que ex iure communi *de verbi Dei praedicatione* habentur in Cod. I. C. canon. 1327-1351. Haec autem praecipue memoranda censet:

193. Quoad populi christiani cathecheticam institutionem:

a) parochi teneantur diebus dominicis aliisque festis de praecepto et quotidie quadragesimali tempore, vel alio opportuniori, spatio saltem unius horae, pueros cathechismo excolere; nec non statis temporibus ad sacramenta poenitentiae, confirmationis et communionis suscipienda ipsos rite disponere, servato insuper praecepto de quo supra in N. 109;

b) institutio cathechetica sic habeatur ut pueri sint per classes et per sexus distincti. Textus erit cathechismus Pii X, iuxta novissimam recensionem donec Apost. Sedes aliter providerit;

c) parochi opem adhibeant clericorum et, quoad fieri possit, religiosorum in sua paroecia degentium, nec non si necesse sit, piorum laicorum, etiam mulierum ad normam can. 1333-34:

d) intra annum a promulgatione Concilii, saltem in principalibus paroeciis instituatur Congregatio Doctrinae christianae, iuxta normas a Papa Pio X traditas;

e) magistri catechismi in promptu habeant tabulas, in S. Pastorali Visitatione exhibendas, in quibus accurate referant tum frequentiam tum progressum discipulorum;

f) una cum catechismo tradatur pueris epithome historiae sacrae;

g) dies quotannis statuatur, praesertim in principalibus

paroeciis, quo pueri examini de doctrina christiana subiiciantur, ac diligentiores publice praemiis donentur;

h) parochi, concionatores et confessarii saepe fideles et in primis parentes ac patrinos moneant, ne pueros ad cathecheticam institutionem mittere negligant;

i) clerici qui in Seminariis sacr. Theologiae curriculo sunt addicti exerceantur, absque disciplinae praejudicio, in christiana doctrina pueris tradenda;

l) in civitatibus congruae instituantur scholae, quibus religionis fundamenta ac dogmata enucleatius exponantur;

m) apud Seminarium regionale, nec non in praecipuis civitatibus, non desit schola ad expertos cathechistas efformandos;

n) in curatores animarum hac in re negligentes ad normam canonum 2182-85 procedendum erit.

194. Circa cathechismum fidelibus adultis tradendum, ad normam can. 1332, praecipit Concilium plenarium ut in omnibus paroeciis, diebus festis de praecepto, brevis habeatur sermo ad populum, in quo tradatur iuxta ordinem ante praefiniendum tota christiana doctrina: ita nempe ut: I anno disseratur de Symbolo Apostolico, II de Decalogi atque Ecclesiae praeceptis, III de Sacramentis, IV de Oratione, de virtutibus ac vitiis, de ecclesiae festivitatibus etc., et sic quadriennio circiter cathechismus absolvi possit. Videatur specimen in *Appendice*.

195. Quoad Evangelii explanationem et sacras conciones haec serventur:

a) homilia ad quam parochi tenentur iuxta can. 1344 brevis sit et facilis pro audientium captu, accurata praeparatione singulis vicibus praemissa;

b) in omnibus ecclesiis et oratoriis publicis, etiam religiosarum communitatum, si populus adsistat, sacerdos ce-

lebrans teneatur diebus festis Evangelium breviter explanare, vel saltem eiusdem textum et breve commentum vulgari eloquio ad populum legere;

c) in ecclesiis cathedralibus aliisque, in quibus plures diebus festis habeantur Missae, saltem in duabus aliis, praeter parochialem, habeatur conciuncula ad populum, vel legatur, (eodem modo ac supra) Evangelium: quod optandum ut servetur in omnibus Missis;

196. Si quis parochus hoc onus neglexerit, meminerit canones 2182-2185; sacerdotes autem non parochi Ordinarii arbitrio redarguentur.

197. Sacrae missiones saltem decimo quoque anno in singulis paroeciis habeantur, iuxta praescriptum can. 1349. Ast ad normam can. 1346, conciones, aut piae lectiones, ad fideles frequentius habeantur in paroecialibus aliisque principalibus ecclesiis, praesertim tempore quadragesimae, adventus, necnon particularium solemnitatum occasione.

198. In sacris concionibus abstineant divini verbi praecones a profano, inani ac ambitiosae eloquentiae apparatu et lenocinio, non semetipsos, sed Christum Crucifixum praedicantes; congruam animi ac mentis praemittant praeparationem; et vitam ducant exemplarem. Qui autem aut in sermone aut in opere secus fecerit, a praedicatione, - etiam incoepta - prohibeatur.

199. Quoad facultatem concionandi ab Ordinariis locorum concedendam, serventur praescripta cann. 1337, 1338, 1339 1340, 1341, 1342. Meminerint parochi et ecclesiarum rectores, quod sacerdotes extradioecesani, sive saeculares sive regulares ad concionandum nequeunt invitari, nisi prius licentia ab Ordinario loci obtenta fuerit.

TITULUS XVI.

De professione Fidei.

Concilium P. U. in memoriam reducit quae ex jure communi *de professione fidei* sunt in can. 1406 § I num. 1, 4, 5, 6, 7; § 2 num. 2; 1407, 2403 Cod. J. C. Insuper:

200. Vehementer commendat parochis, ut pueri fide professionem renovent, cum primum eucharistico Pane reficiuntur; et fideles universi singulis annis in festo Circumcisionis Domini.

201. Symbolum autem fidei, item actus theologalium virtutum et orationem dominicam, et salutationem angelicam recitent parochi cum populo, omnibus dominicis et festis de praecepto, ante Missam paroecialem; vel alius, loco parochi, cum populo recitet.

TITULUS XVII.

De Seminariis clericorum.

Concilium P. U. memorat quae ex iure communi *de Seminariis* sunt in cann. 1352, 1371 Cod. J. C. Quapropter:

202. Omnis sollicitudo Concilii, tum ex ipsa rei praestantia tum ex SS. D. N. PII divina prov. PP. XI paterna monitione, (« Officiorum omnium » d. I. Aug. 1922), vertit ad Seminaria clericorum; ideoque mandat ut quoad internum Seminariorum regimen, non solum adamussim serventur normae a S. C. de Seminariis traditae in instructione diei 26 Aprilis 1920, sed continuo ab omnibus prae oculis habeatur: finem proprium et unicum Seminariorum hunc esse, animos clericorum per pietatis exercitia ac per ipsam studiorum rationem sic efformare, ut digni ac utiles fiant Ecclesiae ministri. Hinc:

203. Quum nostrae regionis dioeceses gravi sacerdotum penuria laborent:

a) animarum curatores et sacerdotes omnes vehementer Concilium hortatur, ut pueros qui indicia praebeant vocationis peculiaribus curis a saeculi contagiis arceant, ad pietatem informent, primis litterarum rudimentis imbuant et vocationis germen in eis foveant;

b) saepe, et praesertim in catbecbetica populi et puerorum institutione circa Ordinem sacrum, fideles de muneris sacerdotalis excellentia erudiantur, et in unaquaque paroecia saltem semel in anno certus dies designetur pro solemni ad Deum supplicatione *ut mittat operarios in messem suam:* qua occasione et habeatur concio opportuna ad populum et stipes colligatur pro alendis clericis pauperibus;

c) sacerdotes ac ipsi fideles, tum inter vivos tum mortis causa fundationes seu legata in favorem Seminarii constituere non negligant.

204. Alumni Seminarii qui vocationem ad statum clericalem non exhibeant statim a Seminario dimittantur, quamvis aliunde bonae indolis fuerint; et probinde Moderator et confessarii ita alumnos dirigant et instituant, ut non iam sacrae ordinationi proximi dimitti debeant.

205. Ordinarii locorum in moderatorem Seminarii eligant sacerdotem, non solum virtutibus omnibus enitentem, sed prudentia praeditum ac suavitate ornatum ad animos juvenum alliciendos. Pariter in eligendis contuberniorum moderatoribus (*prefetti di camerata*) maxima cura adhibeatur, et si fieri potest boc munus demandetur novensilibus sacerdotibus, qui saltem annum tirocinii in Seminario valde utiliter transigere poterunt, antequam animarum curam suscipiant.

206. Alumni, qui feriis autumnalibus ad domum revertuntur, enixe curae ac vigilantiae commendantur parochorum,

qui de eorum vitae ratione post ferias clare et sincere Ordinarium docere tenentur.

207. Quoad taxam pro Seminario, recolantur praescripta can. 1356 Cod. J. C.

208. Quum in nostra regione ASSISII constitutum sit ab Apostolica Sede Seminarium Regionale, pari sollicitudine de ipso curam habeat quisque Ordinarius sicut de suo dioecesano. Quod quidem regionale Seminarium leges suas habet, tum quoad regimen, tum quoad studiorum cursus, tum etiam quoad Ordinariorum vigilantiam.

209. In ipsum autem Seminarium interdum convenire probamus sacerdotes qui iam ibidem, qua alumni, morati sunt; ut, de sui Episcopi consensu, collatis inter se et cum moderatoribus sententiis, consiliis et experientiae monitis, ad sacerdotalia munia alacrius obeunda pia aemulatione excitentur.

TITULUS XVIII.

De beneficiis et bonis ecclesiasticis.

Concilium P. U. in memoriam reducit quae ex jure communi de *beneficiis et bonis Ecclesiae temporalibus* continentur in can. 1409-1551 Cod. J. C. Haec autem explicanda censet:

210. In locandis, permutandis, alienandis bonis ecclesiasticis sive mobilibus sive immobilibus, clerici et beneficiati prae oculis habeant praescripta canonum 1530 et sequentium et, quoad poenas, can. 2347. Meminerint insuper *donaria votiva* cuiuscumque valoris absque apostolico indulto seu beneplacito alienari non posse (1).

211. Beneficiarii omnes advigilent ne bona Ecclesiae ex

(1) S. C. Concilii 14 Ianuar. 1922 ad 2 - Vide Acta Ap. Sed. an XIV (1922) p. 160.

eorum incuria depereant; sed curent ut in meliorem statum reducantur; quae etiam, et quidem specifice, de domibus canonicis dicenda sunt; in quibus parochi personaliter habitare tenentur, nisi Ordinarius aliter decernat.

212. In contrahendis locationibus bonorum immobilium adiiciatur conditio ut, si beneficium vacaverit, solvi contractus debeat post sex menses a die vacationis vel statim ac fructus pendentes collecti fuerint iuxta morem.

213. Conficiatur, et quinto quoque anno renovetur, inventarium bonorum ecclesiasticorum cuiusvis beneficii, accurate et distincte omnia describendo, ad normam can. 1522; et huius inventarii alterum exemplar in archivo Curiae Episcopalis servetur, alterum in tabulario ecclesiae seu administrationis.

214. Quoad pias fundationes ac voluntates, pro certo habeatur eas plenam vim retinere etiam si solemnitatibus juris civilis destitutae sint, quoties testator pleno rei dominio gaudeat et suam voluntatem clare ac libere manifestet.

215. Qui praescriptionibus can. 1516, non obtemperaverit, et monitus non pareat, puniatur; at meminerint confessarii absolvi non posse qui bona fiduciaria, inscio vel invito loci Ordinario, retineat.

216. Quoties beneficiarii et administratores onerum quae beneficia vel pias fundationes gravant, reductionem petere intendant, in supplici libello haec exprimere non omittant;

a) nomen et naturam pii operis seu fundationis, legati etc.

b) dotem et onera originaria:

c) actuales reditus et expensas;

d) an alia reductio antea obtenta fuerit, qua mensura et forma, utrum perpetua an ad tempus;

e) causam reductionis.

217. Noverint privati, tum clerici tum laici, neminem, sine Apostolicae Sedis vel Ordinarii loci licentia scriptis tra-

denda, stipem pro quolibet pio aut ecclesiastico instituto vel fine colligere posse (can. 1503).

218. Si Ordinario loci opportunum videbitur, instituatur in qualibet paroecia consilium fabricae, cuius erit, praeside parocho, invigilare ut fidelium oblationes bono ecclesiae iuxta offerentium voluntatem cedant. Si qui autem laici redditus quoscumque fabricae, seu ecclesiae, administrent, id ne faciant nisi sub Curiae Episcopalis vigilantia et ad normam can. 1182-83.

219. In ecclesiis et oratoriis publicis nulla instauretur nova colligendae eleemosynae ratio, nisi de licentia Ordinarii. Capsae eleemosynarum aperiantur ab ecclesiae rectore, coram duobus fabricae consiliariis, si Consilium adsit, et summa numeretur ac adnotetur in libro de quo in can. 1549 § 2.

220. Statutis ab Apostolica Sede vel ab Ordinario loci diebus, in ecclesiis parochialibus fiant oblationum collectiones (praevio opportuno sermone) pro Fidei propagatione, pro locis Terrae Sanctae, pro liberandis Africae servis, pro Obolo S. Petri, pro Missionibus, et pro clericis pauperibus (vide supra N. 203 *b*) aliaeque de jure vel de mandato.

TITULUS XIX.

De taxis.

221. Concilium P. U. quoad taxas Curiae Episcopalis ad normam can. 1056, 1507, praevio maturo examine, tabulam in Appendice relatam conficiendam curavit eamque observari mandat.

222. Taxae vero funerariae (can. 1234), aliaeque praestationes (can. 1507) parochis debitae, eaedem maneant quae consuetudine vel lege in singulis dioecesibus vel locis vigent. Si quis autem praefata emolumenta proprio marte vel imminuerit vel auxerit, ad normam can. 2408 punietur.

223. Taxae autem iudiciales sint iuxta tabulam a Concilio Provinciali praefinitam.

PARS TERTIA.

De processibus.

Concilium P. U. memorans quae ex jure communi *De processibus* statuta sunt, praesertim a canonibus 1557 ad 2036, Cod. J. C., haec addit: quod Tribunalia secundae instantiae pro Umbriae dioecesibus memorantur sub numero 17 harum Concilii Constitutionum.

Leges vel decreta vel etiam legitimae consuetudines dioecesanae huius Concilii constitutionibus non oppositae omnem vim retinent.

Has constitutiones in Concilio Plenario lectas et approbatas ad normam juris, manu nostra subscribimus ut infra.

✠ BASILIUS Episcopus Veliternus S. R. E. Card. POMPILJ
SS. D. N. Papae Legatus
✠ PETRUS Archiepiscopus Spoletanus
✠ IOANNES BAPTISTA Archiepiscopus Perusinus
✠ SALVATOR Episcopus Urbevetanus
✠ Fr. AMBROSIUS Episcopus Assisiensis
✠ Fr. FRANCISCUS Mª Episcopus Amerinus
✠ CAROLUS Episcopus Tifernensis
✠ NICOLAUS Episcopus Nucerinus et Tadinensis
✠ IOSEPHUS Episcopus Civitatis Plebis
✠ ALOYSIUS Episcopus Tudertinus
✠ FRANCISCUS Episcopus Reatinus
✠ VINCENTIUS Episcopus Nursinus
✠ ALOYSIUS Episcopus Mandelensis
✠ STEPHANUS Episcopus Fulginatensis
✠ CAESAR Episcopus Interamnen. et Narnien.
✠ Fr. PIUS LEONARDUS Episcopus Eugubinus.

APPENDICES

I. — APPENDIX (N. 2 TEXTUX)

DISTRIBUZIONE DELLE MATERIE PER IL QUADRIENNIO D'ESAMI AI SACERDOTI NOVELLI

Anno	Dogmatica	Morale	CODICE di Diritto Canon.	Scienze Bibliche	Storia Ecclesiastica	Liturgia	SACRA ELOQUENZA
I	De vera religione. De Ecclesia Christi. De fontibus theologicis.	De ultimo fine. De actibus humanis. De conscientia. De peccatis et vitiis.	Lib. II De Personis a can. 87 ad 725.	Historia Canonis utriusque Testam. De veteris Testam. libris historicis.	Dalle origini della Chiesa fino all'epoca Carolingia.	Norme per la scelta, conservazione, restauri degli arredi sacri. Regolamento della musica Sacra. Norme d'igiene delle Chiese.	*Orale.* — Enciclica Humani generis Redemptionem e Regolamento della S. Congr. Concistoriale 28 giugno 1917. Spiegazione del Vangelo. Metodi e regole. *Scritto.* — La spiegazione di un Vangelo Domenicale.
II	De fide. De Deo uno et trino. De Deo creante et elevante.	De virtutibus in communi. De virtutibus theolog. De virtutibus religionis. De virtutibus moralibus. De praeceptis Dei et Ecclesiae.	Lib. I Normae generales a can. 1 ad 86. Lib. III De Rebus a can. 1322 ad 1551. Lib. V De delictis et poenis a c. 2195 ad 2414.	De textuum primigeniorum et versionum historia et auctoritate. De veteris Testam. libris didacticis	Dall'epoca Carolingia fino alla pretesa Riforma	Breviario	*Orale.* — Disposizioni dell'Episcopato Umbro sulla predicazione. I Catechismi ai bambini e agli adulti. Metodi e regole. *Scritto.* — Un'istruzione catechistica sopra un articolo del Credo.
III	De Verbo incarnato. De gratia. De Deo remuneratore.	De virtute iustitiae. De contractibus. De variis statuum obbligationibus.	Lib. IV De processibus, a can. 1552 ad 2194.	De interpretatione S. Scripturae. De veteris Testam. libris propheticis.	Dalla pretesa Riforma fino alla Rivoluzione francese.	Messale	*Orale.* — Nozioni generali di sacra eloquenza. Scelta dei temi: fonti e svolgimento delle prove: azione oratoria. Prediche morali, ritiri, esercizi, missioni. *Scritto.* — Una predica morale.
IV	De Sacramentis in genere et in specie.	De Sacramentis.	Lib. III De Rebus a can. 726 ad 1321.	De libris Novi Testamenti.	Dalla Rivoluzione francese fino ai tempi nostri.	Rituale	*Orale.* — Uso delle Sante Scritture, dei Padri, della Storia, degli autori profani ecc. nella predicazione. Regole e cautele speciali per alcune forme di predicazione. Il Panegirico. Discorsi per Prime Messe, Matrimoni ecc. *Scritto.* — Un panegirico o un discorso di *circostanza* (Matrimonio, funebri ecc).

II. — APPENDIX A. (N. 35 TEXTUS).

Stato d'anime

della Parrocchia

di ____________________

nel Comune di ____________________

Diocesi di ____________________

Modulo II.

PARROCCHIA

di ....

....

COMUNE

di ....

STATO D'ANIME — Famiglia .... N. ....

venuta il dì .... *dalla Parr.* ....

abitante ....

in Via ....

partita il dì ....

N. S. o.	COGNOME NOME	Paternità Maternità	Cel. Nub. Coniug. Vedova	Condiz. Profes. Mestiere	Comune di nascita e Chiesa di Battesimo	DATA DI NASCITA e Battesimo	DATA DI Cresima	DATA DI Prima Comunione	DATA DI Matrimonio	DATA DI Morte	OSSERVAZIONI

Modulo III

Stato d'anime

della Parrocchia

di ....

nel Comune ....

Diocesi di ....

Famiglie partite, estinte, rinnovate

dall'anno 19 .... all'anno 19 ....

Norme per la compilazione dello Stato d'anime

Ogni anno il Parroco, durante la quaresima, oppure all'epoca in cui si suole cambiare abitazione, visiterà ogni casa e prenderà nota di quanti vi dimorano, segnando in un quaderno la via, il numero civico, il piano di casa, il proprietario della medesima, il capo di famiglia o il nome dell'istituto, per es. Monastero, Ospedale ecc., il numero progressivo delle famiglie, il numero dei membri che le compongono con dimora *abituale* od *occasionale*, come nel modulo che segue: Modulo 1 *bis*.

Itinerario per lo Stato d'anime dell'anno 19.........

Via, Piazza, Contrada, Rione	N. civico	Piano	Proprietario della Casa	N. progr. delle fam.	Cognome e Nome del Capo di famiglia o Nome dell'Istituto	Num. dei membri: abit.	Num. dei membri: occasion.

Quindi nel foglio particolare di ogni famiglia (Modulo II) noterà tutti i membri della medesima, con le indicazioni ivi segnate, avendo sott'occhio le seguenti avvertenze.

1° In capo di ogni foglio, nell'intestazione della famiglia va scritto *Cognome*, *Nome* (se ci sono omonimi anche *la paternità*) *e soprannome* del capo di famiglia.

Capo di *famiglia* è il *padre*, la *madre vedova* (finchè il figlio maggiore non è ammogliato) oppure il *fratello maggiore* ancorchè celibe, in mancanza di ambedue i genitori.

Se la madre è *vedova* di due *mariti* si segnano i *due loro cognomi* in ordine cronologico.

I fogli degli Istituti sono intestati col nome dei medesimi per es., *Seminario, Ospedale, Orfanotrofio, Asilo, ecc.*

2º Il numero progressivo dei fogli di famiglia (desunto dal Mod. I) e quello dei membri della famiglia si scrivono con matita, perchè può variare di anno in anno.

3º I figli di una vedova che passa a seconde nozze, se abitano con essa, le persone di servizio, e gli altri conviventi in famiglia non consanguinei, per es. gli studenti e altri pensionanti, si scrivono in fondo al foglio, o nella parte posteriore marcando bene il loro cognome. — Quando la madre è vedova di due mariti, si scrivono in fondo nella seconda pagina i figli di secondo letto in ordine cronologico.

4º Affinchè lo Stato d'animo sia sempre esatto e completo si farà su di esso l'annotazione: — a) dei *battezzati* (badando in questo caso a rettificare le notizie relative ai genitori); — b) della data di *morte* (anteponendo al nome il segno convenzionale ✠; — c) della data di *matrimonio* (segnando il nome del coniuge e la parrocchia di sua residenza); — d) e delle altre date. Così pure si prenderà nota dei *partiti* dalla famiglia (anteponendo il segno convenzionale —) o dei *nuovi venuti*, appena se ne abbia cognizione.

Tra le annotazioni non si dimentichi mai di segnare le *assenze prolungate* dalla famiglia per causa di *milizia*, di *lavoro*, di *studio*, ecc.

5º Se una famiglia cambia l'abitazione senza uscire dalla parrocchia, si nota l'epoca del cambiamento a fianco della precedente residenza apponendovi le parole: *fino al dì* ....; di seguito la nuova dimora.

6º Tutti i fogli, così riempiti e perforati al margine sinistro, vengono poi messi in ordine alfabetico e legati insieme, mediante una funicella od altro congegno.

7º Quando una famiglia *parte* dalla parrocchia, o si *estingue*, o si *rinnova*, il foglio relativo, separato dagli altri viene inserito per ordine alfabetico nel fascicolo apposito delle *famiglie partite, estinte rinnovate.* — Alla famiglia passata in altra parrocchia si dia *sempre una copia, mai l'originale* del suo stato d'anime, esistente in archivio.

8º Ognuno comprende da sè che non occorre ogni anno rinnovare i fogli delle famiglie già esistenti in parrocchia, ma visitando le case, vedere solo se sono completi, sia riguardo al numero degli individui che alle notizie relative a ciascuno di essi. Così è manifesto il vantaggio di questo sistema di compilare lo stato d'animo,

assegnando un foglio separato a ciascuna famiglia, di averlo cioè sempre ordinato ed esatto con la minima spesa e fatica.

III. — APPENDIX (N. 37 TEXTUS)

Norme per la registrazione degli atti nei libri parrocchiali.

1. I *libri parrocchiali* propriamente detti sono: *a*) dei *Battezzati* — *b)* dei *Cresimati* — *c)* dei *Coniugati* — *d) dello Stato d'anime* — *e)* dei *Morti*.

Il Rituale Romano (Tit. X, cap. 2) aggiunge che questi tre ultimi devono tenersi da ciascun Parroco; ma premette che quelli dei Battesimi e delle Cresime devono trovarsi presso le Chiese dove si amministrano rispettivamente quei due Sacramenti. Ora dunque che a norma del Codice di D. C. (can. 774) e del Concilio Plenario (numero 84) tutte le parrocchie devono avere il fonte battesimale, è chiaro che anche il libro dei Battesimi deve tenersi da ogni Parroco. Similmente ai giorni nostri, per la cresciuta facilità delle comunicazioni, si può dire che non c'è Parrocchia, dove qualche volta il Vescovo non amministri la S. Cresima: in tutte quindi deve tenersi anche il registro dei Cresimati.

2. *Formulari a stampa*. Gli Ecc.mi Arciv. e Vescovi Umbri, pur non condannandone l'uso, non hanno creduto di prescriverli, perchè in troppi casi tali formulari hanno bisogno di cancellature, o di aggiunte, con poco vantaggio della proprietà e della chiarezza. Si è fatta una eccezione per lo *Stato d'anime* (Vedi l'Appendice precedente), in considerazione della forma di elenco che esso presenta e del bisogno di tenerlo con facilità aggiornato in tanto odierno movimento di popolazione.

3. *La forma* della registrazione degli atti, sia essa in parte a stampa, o totalmente scritta, deve corrispondere a quella prescritta dal Rituale Romano (Tit. X, cap. 3, 4, 5, 7) colle varianti ivi pure previste, secondo la diversità degli atti e dei casi ad essi relativi.

4. Tutti i libri parrocchiali siano *di carta di filo, o a mano;* si scrivano con inchiostro *nero* non facile a cancellarsi; non portino tracce di abrasioni o correzioni; abbiano tutti *l'indice* alfabetico dei *cognomi*, nomi e paternità delle persone cui si riferiscono i singoli atti. Questi siano contrassegnati dal numero progressivo, ricominciando la numerazione ogni anno. Anche le pagine vanno numerate e nessuna se ne deve staccare dal libro.

Ogni atto abbia la sua data scritta in cifre ed in *lettere* e sia firmato dal parroco.

5. Registrandosi i *Battesimi* non si omettano, colle altre indicazioni (a norma del Rit. Rom.) la *patria* dei genitori del battezzato e la *paternità* dei medesimi, che rende facile lo scoprimento di eventuali impedimenti matrimoniali. Tale paternità appare indicata dal Rit. Rom. dalla parola *famiglia* di cui vuol fatto cenno. Si lasci poi nella pagina, di fianco all'atto registrato, un margine in bianco sufficiente per le annotazioni volute dal Codice (can. 470 § 2) e cioè della Cresima ricevuta dal battezzato, o della sua ordinazione al suddiaconato o del Matrimonio contratto, o della fatta Professione religiosa. (Vedi il testo num. 96, 130, 134 d. 147).

6. Nella registrazione dei Matrimoni, non si dimentichi l'indicazione (sempre a norma del Rit. Rom.) delle pubblicazioni eseguite anche in altre Chiese, quando ne è il caso (come al testo num. 135, 136), e della *benedizione nuziale* ricevuta dagli sposi nella Messa; la quale benedizione il Parroco deve fare di tutto perchè si riceva (Vedi il testo num. 140).

7. *Le copie* autentiche degli atti dei Battesimi, Matrimonii e Morti, come prescrive il can. 470 § 2 del Codice di D. C. devono essere trasmesse ogni anno dai Parroci alle rispettive Curie. Come termine perentorio per questa trasmissione si assegna il mese di Gennaio successivo.

8. Dovendosi estrarre dai registri la cosidetta *fede* di battesimo, cresima, matrimonio, o morte, è da usarsi la seguente formula:

DIOCESI DI .... *Parrocchia di* ....

Certifico io sottoscritto che nei registri dei *Battezzati, (o Morti, o Matrimoni, o Cresimati)* di questa Parrocchia, trovasi il seguente atto, da me tradotto dal latino originale.

Qui si trascrive l'atto stesso.

In fede di che

Questo dì ....

(Timbro) IL PARROCO

N. B. Se la fede viene rilasciata in carta semplice (cioè non bollata) abbia un formato conveniente e porti la nota: per *uso ecclesiastico* — o *privato* oppure: in base al *certificato di povertà dell'interessato* — ovvero la citazione di un articolo di legge relativo al caso di esenzione da bollo. Ciò per evitare penalità fiscali.

IV. — APPENDIX (N. 55 - A - TEXTUS).

STATUTO UNICO DELLE CONFRATERNITE DEL SS. SACRAMENTO

Estratto dagli atti del Congresso Eucaristico Nazionale di Bergamo nel quale fu elaborato.

Capo I.

Istituzione - Natura - Scopo della Confraternita.

